F. XVIII.
5,889/B 18/.g

Digitized by the Internet Archive
in 2016 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b28762150

VIRO

ERVDITIONIS LAVDE CONSPICVO MERITORVM IN REM MEDICAM MVLTITVDINE INSIGNI

# D. ALEXANDRO PHILIPPO BACHERO

DOCTORI REGENTI FACVLTATIS MEDICAE PARISINAE ACADEMIAE ELECTORALIS MOGVNTINAE SCIENTIARVM VTILIVM SOCIO REL.

PATRONO FAVTORI AMICO

OPTIMO CLARISSIMO

HAEC

MEDICORVM ARABISTARVM

FRAGMENTA

DE VARIOLIS ET MORBILLIS

HONORIS ET GRATI ANIMI TESTIFICANDI CAVSSA

D. D. D.

EDITOR

# DE
# VARIOLIS ET MORBILLIS
FRAGMENTA
## MEDICORVM ARABISTARVM
CONSTANTINI AFRICANI MATTHAEI SIL-
VATICI BERNARDI GORDONII IOANNIS ANGLICI
DE GADDESDEN GENTILIS DE FVLGINEO MI-
CHAELIS SCOTI ROLANDI PARMENSIS GVIDONIS
DE CAVLIACO GVILIELMI VARIGNANAE VA-
LESCI DE TARANTA IOANNIS DE CONCOREGIO
PETRI HISPANI ANTONII DE GRADIS
MENGHI FAVENTINI BLASII ASTA-
RII ET IOANNIS SALICETI

---

IVNCTIM
EDIDIT
NOTVLIS ET GLOSSARIO
INSTRVXIT


D. CHRISTIAN. GOTHFRIDVS GRVNER

SERENISS. DVC. SAXO-VINARIENSI ET ISENACENSI A CONSIL. AVL.
BOT. ET THEORET. IN VNIVERS. LITT. IENENSI PROF. PVBL. ORD.
FACVLT. MED. ADSESS. ACAD. CAES. NAT. CVRIOS. COLLEGA RE-
GIAE AVREL. ET DIVIONENS. ELECTORAL. MOGVNT. SCIEN-
TIAR. VTIL. SOCIETAT. MEDICAE ET AGRAR. PARIS. DV-
CAL. LAT. IENENS. ACAD. PRINCIPAL. HASS. OECONOM.
BAVAR. BVRGHVS. VLISSINGENS. HARLEMENS. PHYS.
EXPERIMENT. ROTTERODAMENS. ART. ET SCIENT.
RHENO-TRAIECTINAE ET MOSQVENS. EXCO-
LEND. LITT. ROSSIC. NEC NON COL-
LEG. MED. NANCEIANI SOCIVS.


---


IENAE
SVMTIBVS AVCTORIS

cIↃIↃCCLXXXX.

28894

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

# PROOEMIVM

Coepimus nuper in vulgus edere atque a priſtino ſqualore vindicare *fragmenta medicorum Arabum et Graecorum de variolis*, neque hoc diſciplicuit coeptum veteris hiſtoriae curioſis. Fuerunt enim haud pauci, qui me publice privatimque hortarentur ad colligenda et explicanda reliqua fragmenta, et ea, quae magis officii, quam gloriolae captandae cauſa promulgaram, praeter ſpem atque opinionem ſumma cum humanitate ac plauſu exciperent. Ego vero maximi quidem facio clariſſimorum virorum fiduciam, fauorem, amicitiam, quia nunquam volui eam malis artibus quaerere. Aeſtimo iudicia, non numero. Sperno mediocria et in turbam naſcentia ingenia, quae ſaepe fortuna et res ludicra producit, laudo eximia, quae et rara, et omni vulgi opinione ſuperiora ſunt. Dum me ipſum habeo, nihil perdidi. *Beatum* enim *eum eſſe* *) non puto, *quem vulgus appellat*, *ad quem pecunia magna confluxit*, *ſed illum*, *cui bonum omne in animo eſt*, *erectum*, *et excelſum*, *et mirabilia calcantem*, *qui neminem videt*, *cum quo ſe commutatum velit*, *qui hominem ea ſola parte aeſtimat*, *qua homo eſt*, *qui natura magiſtra vtitur*, *ad illius leges componitur*, *ſic viuit*, *quomodo illa praeſcripſit*, *cui bona ſua nulla vis excutit*, *qui mala in bonum vertit*, *certus iudicii*, *inconcuſſus*, *intrepidus*, *quem aliqua vis mouet*, *nulla perturbat*, *quem fortuna*, *cum in eum*, *quod habuit telum nocentiſſimum*, *vi maxima intorſit*, *pungit*, *non vulnerat*, *et hoc raro*. — *Vni ſapienti notum eſt*, *quanti res quaeque taxanda ſit* **). Habet etiam iſta veterum monimentorum inueſtigatio aliquid commodi, plurimum voluptatis, neque poenitet inſumtae diligentiae ac taedii, quod horridum



*) Sic praeclare *Seneca* Epiſt. 45.
**) Ib. Epiſt. 81.

ridum orationis genus parit. Satis eſt, noſſe, quid et quantum *de variolis et morbillis* ſcierint maiores noſtri, nec refert, quam bene vel male ſenſa ſua expreſſerint. Inſunt tamen quaedam et ſcitu, et lectu digna. Poterunt tales reliquiae prodeſſe iis, qui origines morbi tetri et peſtiferi curioſius rimari et inde a vetuſtiſſimis temporibus ad noſtra vſque curatius perſequi cupiunt, neque ad manus habent fontes, vnde ſumi repetique debeant, vel dumeta et taedia laboris abhorrent. His quidem haec *Fragmenta Arabiſtarum de variolis et morbillis* ſacra ſunto; Porrigimus ergo aequis rerum arbitris et aeſtimatioribus, quicquid ad manus eſt, ordinem temporum, quoad eius licet, ſecuti, et ab CONSTANTINO AFRICANO orſi, medico peruetuſto et ſeculo, quo vixit, longe clariſſimo. Summam rerum et indicem auctorum ſub calcem libelli dare animus eſt.

## I.

## CONSTANTINVS AFRICANVS *).

### DE OMNIVM MORBORVM COGNITIONE ET CVRATIONE LIB. VII. CAP. VIII. PAG. 152. EDIT. BASIL. APVD HENRIC. PETRVM 1536.

### DE VARIOLIS.

Variolae de ſanguinis putridi naſcuntur corruptione, et ſunt de accidentibus ſynochum comitantibus. Quarum *ſigna* fe-

*) Extat haec particula, ſed paullo immutata ſub *Iſaac* nomine (v. Fragm. de variol. p. 32. ſeq.) et repetita a cl. *Bernard* ſub calcem *Syneſii De Febrib.* p. 53. Claruit hicce medicus et monachus Caſſinenſis circa a. 1080. ſcholae Salernitanae fundator, medicinae graecae et arabicae reſtitutor, ſtrenuus veterum librorum interpres et editor, praepoſito ſuo nomine, diſſimulato alieno, hinc plagii accuſatus, ſtili nec ſatis lati-

febris eſt fortitudo, cephalaea, rubor oculorum et faciei, et plenitudo eorum, grauitas, dolor in gula, et in pectore tuſſis, prurigo in naribus, ſternutatio, punctura in ſuperficie corporis, quia materia exitum quaerens carnem pungit et cutem, ſeparans iuncturas earum ad exeundum. Quae cum videris, certa ſigna habeas huius venturae paſſionis. Medicandum eſt ergo initio cum calidis et humidis, quae materiam diſſoluant, et extrinſecus expellant. Caueatur a frigida medicina, quae claudit humores et congelat. Medicina vero cito eiiciens variolas et ſine moleſtia ſuccus eſt marathri, apii, cum oxyſaccharo. Accipiant de hac confectione a nobis probata. Rec. ficus ſiccas 5. lentis mundatae drachm. X. laccae drach. 5. marathri drachm. 4. omnia coquantur in 1. lib. aquae et ſemis vſque ad 3. decoque, deinde cola, et mitte ſcrup. 1. de croco, et da bibere ieiuno ante cibum, et hora dormitionis, donec totae apparuerint, et deinde ceſſet. Aliud. Rec. roſae, lentis mundatae ana drach. 4 laccae drach. 2. marathri, ſemen citoniorum, dragaganti, ana drach. 1. et ſemis, maſtichis drach. 1. Omnia coquantur, colentur, et bibere vnc. 3. dentur cum ſaccharo, demus ptiſanam, chryſolocannam, cucurbitam, betam. Epithimata omni modo vitentur, ne forte vulnera intra reuertantur, et cadentes in cardiacam moriantur. Studendum in initio, ne in oculis puſtulae naſcantur, et lauemus cum lotura oliuae oculos mundificante. His mundificatis, imponenda aqua roſata cum ſucco mali granati vel aqua roſata cum ſumac. Si circumdando exierint, laue-

 tur

latini, nec vero tam barbari, quo *Gariopontus* aliique medici vtuntur. Hinc recte ſentit *Herm. Conring.* (Antiquit. Acad. p. 103. ed. Heumann.): *Occaſione operum medicorum a Conſtantino editorum per eſt veriſimile, excitata ibi potiſſimum artis ſtudia.* Cf. *Eloy* Diction. hiſt. de la Medec. voc. *Conſtantin* p. 699. T. I.

tur cum viſco pſyllii et ſaccharo. Poſt ſeptem dies oportet cuſtodiri de medicina vel diaeta ſolutionis, quia haec paſſio propria eſt ſolutioni ventris ſuperuenienti. Quae ſi veniat, oportet eam ſtringi cum medicina, in diarrhoea dicta, vel in aliis locis huius operis. Puſtulis effluentibus, et deſiccari incipientibus, impleatur culcitra, vbi iaceat infirmus de oryzae farina. Superponatur vulneribus farina oryzae vel milii cum croco.

## II.
## MATTHAEI SILVATICI *)
### OPVS PANDECTARVM
### Edit. Lvgd. 1534.

Alchanzi litargirium dealbatum eſt magis iuuatiuum ad auferendum veſtigia variolarum, quam non album, et aufert foetorem ſubaſſellarum, et prohibet ſudorem, et ſi bibatur ex eo, ſtringit ventrem et vrinam, praefocat et occidit.

## III.
## BERNARDI GORDONII **)
### TABVLA PRACTICAE DICTAE LILIVM MEDICINAE
### Particvl. I. De Febribvs cap. 12.
### DE VARIOLIS SEV PVSTVLIS QVAE DICVNTVR GRAECE EXANTHEMATA.
### Edit. Venet. 1496. p. 15. b.

Variolae et morbilli ſunt quaſi quaedam apoſtemata ſeu puſtulae paruae, fere ſupra totam carnem apparentia, de genere

*) Clarus fuit circa a. 1317. et ob hoc dictionarium dictus *Pandectarius*, ſed ſi quis alius, perobſcurus.

**) In edit. Veneta nihil legitur, niſi *de variolis*, reliqua vero in edit. Lugd. 1550. p. 46. et in Coll. *De Febrib*, Venet. 1576. p. 216. b. Scripſit *Bern. de Gordonio* hunc librum *poſt annum vigeſimum lecturae* i. e. profeſſionis, *in praeclaro ſtudio Montis Peſſulani*, a. 1305. menſe Iulii, clariſſimus Monſpelienſium profeſſor, de quo vide *Eloy* Diction. p. 365. T. II. et *Mercklin*. Linden. Renovat. p. 129.

nere infectionum et corruptionis ſanguinis et humorum, ita, quod *variola* generatur magis de ſanguine, et *morbillus* magis de cholera. Iſta paſſio generatur ex ſanguine menſtruo retento in poroſitatibus membrorum foetus, et natura fortificata expellit et mundificat corpus in infantia, aut pueritia, aut adoleſcentia, raro autem in iuuentute, rariſſime autem in ſenectute, et iſte modus euacuandi eſt communis omnibus. Accidentaliter autem venit ex aliis cauſſis, vt ſi aliquis eſſet generatus in tempore menſtruorum, et iſte modus eſt valde malus, quia tales ſic generati raro effugiunt lepram, aut aliquam terribilem aegritudinem. Generatur etiam iſta paſſio ex malo regimine, et potiſſime cum vtuntur cibis de facili et cito corruptibilibus, ſicut eſt lac et piſces in eadem menſa et potiſſime calidis et humidis, negligentibus phlebotoniam. Quarto generatur iſta paſſio in temporibus corruptis et peſtilentibus. Quinto conſueuit ſequi malas criſes febris ſanguineae. Quinque igitur poſſunt eſſe cauſſae, et quatuor ſunt eius ſpecies, quoniam quaedam ſunt de ſanguine, quaedam de cholera, et quaedam de melancholia, quaedam de phlegmate.

*Signorum* quaedam ſunt, quae praedicant variolas futuras, ſicut eſt pruritus narium, apparitio lampadum, timor in ſomno, rubedo in facie, punctio veniens in toto corpore, et cum incipiunt apparere, ſunt, ſicut capita acuum, aut ſicut granum milii, aut ſicut caput formicae, deinde incipiunt multiplicari et magnificari, deinde faciunt cruſtam et ſaniem, deinde deſiccantur et cadunt. Et ſi fuerint ex ſanguine, vergent ad rubedinem, et ſi ex cholera, ad citrinitatem, et ex phlegmate, ad albedinem, et ſi ex melancholia, ad quandam fuſcedinem et terreſtreitatem. Si fuerint paucae et cito apparentes, et quod cito maturarentur, ſignum eſt bonae criſis, quia quaſi per modum criſis eueniunt. Si autem vergant ad colorem violaceum aut liuidum, aut viridem, aut nigrum,

omnes peſſimae et mortales. Si autem appareat ſanies fetulenta, mortale. Si modo appareant, et modo occultentur, peſſimum eſt. Si autem fuerit difficultas anhelitus, peſſimum: Si autem fuerit cum debilitate anhelitus et alleuiatione, bonum eſt. Si autem in variolis febris fuerit fortis, et anguſtia magna, et ſitis vehemens, et virtus debilis, et anhelitus conſtrictus, ſignum eſt mortis proximae. Vt plurimum enim moriuntur ſuffocati. Si ſuperuenerit ſyncopis, peſſimum eſt. Et ſi vrina fuerit nigra aut viridis, iſta ſunt peſſima et mortalia. Fluxus enim ventris in variolis eſt malus.

In primis ſi corpus eſt plethoricum, aut ſi ſanguis dominatur, aut virtus eſt fortis, fiat phlebotomia de mediana, poſtea de ſummitate naſi. Cauendum eſt in hoc morbo, quod non ponantur repercuſſiua, quia materia repercuteretur ad membra nobilia, niſi in oculis propter nobilitatem eorum. Secundo vero aduertendum, quod cum oleis non inungantur. Tertio, quia frigida ab extra non applicentur, nec aer ſit ita frigidus, quod pori poſſint claudi, nec detur aqua frigida, et caueantur ea, quae infrigidata ſunt in niue aut in puteo. Omnia acetoſa videntur competere ſecundum Avicennam, et pro tanto competit ſuccus acetoſae, ſuccus mali granati, et ſuccus vuae acerbae, et ſuccus citrangulorum, et ſuccus omnium fructuum acetoſorum, et competit coriandrum, et nenuphar, et camphora, et ſandali et ſimilia. Cibus eorum ſit hordeatum, auenatum, amidum, vua paſſa munda, caricae, iuiubae, ſebeſten, lentes coctae in duabus aquis, et poſtea coquantur in alia aqua. Si igitur fuerit materia ſanguinea, digeratur materia cum oxyſaccharo in plus, et ſyrupo violarum in minus, et ſyrupo de fumo terrae. Et ſi cholerica, cum ſyrupo violarum in plus, et oxyſaccharo in minus, et ſyrupo de fumo terrae. Et ſi materia fuerit phlegmatica, cum oxyſaccharo compoſita, et ſyrupo de fumo terrae. Et ſi materia fuerit melancholica, cum oxymelle diuretico et ſyrupo de boragine et fumo terrae. Et aduertendum in laxatiuis et mundificatiuis, quod ſint multum debilia, ſi exhibeantur, quia iſta aegritudo libenter concordat cum fluxu ventris, et hoc eſt, quod multum abhorremus, deinde inuoluatur totum corpus in panno rubeo. Deinde fiant

iſta

iſta, vt trahatur materia ad exteriora. ℞ Apii, foeniculi ana faſciculum 1. decoquantur in aqua cum lenticulis multis, et cum tepidum fuerit, linteamen intingatur in illa aqua, et exprimatur, et patiens inuoluatur. Cum vero maturantur, perforentur cum acu de auro, deinde totum corpus iſto puluere aſpergatur. ℞ Farinae fabarum, cicerum, lentium, lupinorum, orobi, litargirii, ceruſae, aloe, fiat puluis. Iſte enim puluis deſiccat et cicatrizat, et carnem regenerat. Et ſi fieret culcitra ex iſtis pulueribus, bonum eſſet. *Ad cuſtodiam oculorum.* ℞ Coriandri, ſumac, aquae roſarum, albuminis ouorum, fiat collirium, et frequenter oculis inſtilletur. *Ad cuſtodiam narium.* Inungatur cum agreſta, et aceto, et aqua roſarum. *Ad cuſtodiam gutturis.* Gargarizetur frequenter vinum mororum cum aqua hordei calida. *Ad cuſtodiam pulmonis* vtatur diapapauere. *Ad cuſtodiam inteſtinorum* vtatur trociſcis frigidis de ſumac et coriandro, et ſpodio, conditis cum ſucco acetoſae. Ad remouendum *mala veſtigia*, quae *in facie poſt variolas* remanſerunt. ℞ Litargiri, ceruſae lotae, cathimiae lotae, pulueris cannarum aduſtarum, pulueris conchularum marinarum, et cum oleo de lilio et cera, quod ſufficiat, fiat vnguentum.

Si dubitaret aliquis de caricis, quomodo competunt, poſtquam vergunt ad calidum et humidum, dico, medicamen bonum conſueuit fieri de caricis, et de dragacantho infuſo, lacca et ſemine foeniculi, et croco, et lentibus excoriatis, iſtis ſimul coctis et tritis, et ſimul paſtatis et confectis. Iſtud enim medicamen valet in principio, et confortat virtutem, et facit ad expulſionem. Ibi enim ſunt caricae et dragacantum propter pectus alleuiandum, ad praecauendum ſtricturam pectoris, quae libenter venit in iſta paſſione, et ibi ponitur ſemen foeniculi ad aperiendum et ad ſubtiliandum, et lacca ad remouendum oppilationem hepatis, et crocus ad confortandum cor. Et propter hoc vetulae ex quodam inſtinctu naturae quotidie dant in tali caſu aquam, vbi eſt crocus, et lentes ad confortandum inteſtina. Patet igitur, quod talis mixtio eſt vtilis. Valent igitur caricae propter vias anhelitus conſeruandas et ad multa alia. Secundo poſſet aliquis dubitare, quare non competit fluxus ventris, poſtquam per illas partes fit fluxus criticus, et cum hoc illa membra ſunt apta ad recipiendum ſuper-

perfluitates. Dico, quod fluxus ventris non competit in variolis, poſtquam manifeſtae apparent, et potiſſime ſi fiat a natura. Cuius ratio eſt, quoniam poſtquam natura incipit hanc materiam venenoſam expellere ad exteriora, ſi poſtea reuerteretur ad interiora, timendum eſſet, quod hoc eſſet vi ſymptomatis, et ita eſſet timendum, quod iret haec materia venenoſa ad aliquod membrum nobile. Praeterea ex alio iſta materia eſt acuta et pungitiua, et eſſet timendum de excoriatione inteſtinorum. Igitur fluxus ventris prohibeatur, quantum erit poſſibile. Tertio intelligendum, quod variolae fiunt magis, cum ſanguis purus recipit ebullitionem, et ſi ſanguis cholericus ebulliat, vocantur magis *morbilli*, et ſunt minoris quantitatis et minoris acuminis. Et ſi ſanguis cum phlegmate, erunt *variolae phlegmaticae*, et ita de melancholia. Quarto intelligendum, (quod) ex parte purioris ſanguinis nutritur foetus, et quaedam pars impura et immunda remanet in poroſitatibus membrorum, et haec eſt *materia variolae.* Quinto notandum, quod ad hoc, vt variolae generentur, oportet duo concurrere, ſcilicet ebullitionem et fortitudinem caloris impellentis, et propter hoc non generantur in matrice, quia membrum frigidum eſt, niſi eſſet per accidens, et ſequeretur morbos ſanguineos, nec in fetu exiſtente in vtero, nec ſtatim poſt vterum, ſed poſt, cum calor incipit vigorari et confortari. Sexto aduertendum, quod *variola* et *morbillus* poſſunt generari *in membris interioribus*, ſicut in pulmone et inteſtinis, et ſimilibus, ſicut dicit Avicenna, et eſt valde malum, quia debilitas virtutis expulſiuae ſignificatur. Septimo conſiderandum. quod iſta paſſio magis generatur in vere, et quia ſanguis magis abundat, et quia virtus fortior eſt, ſecundo in autumno, ratione corruptionis, in aeſtate autem minus, quia materia exhalat, et in hieme longe minus, quia pori ſunt clauſi. Octauo intelligendum, quod in variolis, poſtquam manifeſte apparent et expanſae ſunt per totum, non competit phlebotomia, quia tunc attraheretur materia ab exterioribus ad interiora. Sed quando materia adhuc eſt in interioribus, tunc bene competit. Et hoc eſt in principio, et iſta videtur fuiſſe intentio Avicennae.

De

## DE CONSERVATIONE VITAE HVMANAE A DIE NATIVITATIS VSQVE AD VLTIMAM HORAM MORTIS ED. BAVDISII LIPS. 1570. PAG. 25 .*).

### CAP. III.

*De puſtulis in toto corpore.*

Si fuerint albae aut ſubrubrae, aut ſubcitrinae, de facili ſanantur, ſed virides aut nigrae, liuidae aut vlceroſae, omnes malae. Recipe ceruſſae lotae, lithargyri, fuliginis, gallarum antiquarum, minutim perforatarum, aloe, myrrhae, pulueriżentur, et miſceantur cum oleo nucum, et inungantur.

## IIII.

## IOANNIS ANGLICI **) DE GADESDEN ROSA ANGLICA

PAPIAE 1492. F. LIB. II. CAP. IIII. PAG. 50. ET AVGVSTAE VINDEL. 1594. PAG. 10041.

*De Variolis.*

*Variolae* dicuntur quaſi varie ipſam 1) cutem legentes 2), quia in cute diuerſas partes occupant apoſtemando et inficiendo

1) Deeſt in altera edit. 2) *afficientes vel inficientes. Schopff.*

*) Deeſt hicce tractatus in ceteris editionibus, videturque hoc caput pertinere ad variolas propter ſymptomatum et medicamenti ſimilitudinem.

**) Inſcribitur haec perantiqua editio: *Roſa anglica practica medicine a capite ad pedes.* — In fine, *Emendatum per magiſtrū Nicolaum Scyllaciū ſiculū meſſanum artium doctorem in florentiſſimo papiēſi gīnaſio phie extraordinariā legentem. Papie 1492. die 24 Ianuarii. Ioānes antonius birreta īpreſſioni tradidit.* In hac ordo capitum, materiarum et verborum paullo diuerſus eſt ab eo, quem ſequitur altera editio,



quam

do, ex ſanguinis corruptione cauſatae 3), et per hoc differunt a *morbillis* et *punctillis*. *Morbilli* ſunt parua apoſtemata in cute 4) de colera generata, et ſunt diminutiuum 5) morborum apoſtematum 6), quia minus de loco occupant ratione acuitatis materiae colericae. Sunt enim in re 7) variolae materiae colericae et puſtulae paruiſſimae 8). Sed *punctilli* 9) ſunt infectiones communiter ſanguineae, ſicut 10) ſi eſſent de mordicatione pulicis, ſed morantur continue. Et *punctilli* ſunt 11) duplices, magni et parui. De paruis modo dixi 12). Sed magni ſunt infectiones latae, rubeae 13) et obſcurae 14) in tibiis pauperum et conſumtorum iuxta ignem diſcalciate ſedentium, quaſi continuae 15), et vocantur anglice *meſles*. Ex iſtis patet *diffinitio variolarum*, quod ſint 16) apoſtemata parua vel puſtulae paruae, in cute apparentia 17), in colore vtplurimum rubea 18), ad carnem aliqualiter 19) ſe profundantia et totum corpus inficientia 20), ex corruptione ſanguinis menſtrui prouenientia 21), curſu malarum criſium currentia 22), quas antecedit vtplurimum 23) febris concluſa et putrida

3) *ortae, differuntque S.* 4) *erumpentia, gen. e chol.* 5) *diminutiua* 6) *apoſtematicorum* 7) *ſuntque reuera.* 8) *minimae.* 9) *maculae ſeu punct.* 10) *ac.* 11) *Sunt autem punct.* 12) *paru. dictum eſt. magni.* 13) *rubrae.* 14) *apparentes in tib.* 15) *ad ignem ſine calceis, continue fere ſedent.* 16) *nimirum quod ſint.* 17) *apparentes.* 18) *rubrae.* 19) *aliquo modo.* 20) *profundantes, totumque corpus inficientes.* 21) *prouenientes.* 22) *currentes.* 23) *vtplur. anteced.*

quam ad manus habeo: *Ioannis Anglici Praxis medica, Roſa Anglica dicta, quatuor libris diſtincta: de morbis particularib. de febribus, de Chirurgia, et Pharmacopoeia, emendatior et in meliorem redacta ordinem, recens edita opera ac ſtudio clar. V. Doct. Philippi Schopffii, Medici Phyſici Durlacenſis, in Medicinae ſtudioſorum gratiam. Auguſtae Vindelic. typis Mich. Mangeri* 1594. 4. Sed editor pro lubitu mutauit et transformauit verba auctoris, capita tranſpoſuit. Scripſit vero *Ioannes Anglicus*, clericus, Profeſſor Collegii Mertonenſis, Oxonii, aulae medicus, hanc roſam, teſte *Freindio*. (Hiſt. Medicin. p. 94. ſeq.) circa a. 1305. quam *Guido de Cauliaco* (p. 2. 6. ed. Ven. 1498. pl. 5. ed. Lugd. 1572. 8. et p. 6. ed. Lugd. 1585. 4.) dixit *roſam fatuam*, laudant alii, inprimisque *Conringius*. Cf. Eloy Diction. T. II. p. 287.

trida i. 24) continua ſanguinea. Et eodem modo 25) de *morbillis* 26), ſed quaedam ſunt minores, et de colera.

*Cauſae* 27). Cauſas harum aegritudinum dicit Haly *ſecundo tegni in cognomen illius* 28). *Ex tumoribus quidem etc.* quia natura expellit totam ſuperfluitatem febris ſanguineae vel continuae colericae in homine, in quo ſanguis menſtruus manet vel corruptus ſanguis ebulliens ad ſuperficiem corporis, et generantur ex ea variolae et morbilli, qui fiunt de ſanguine menſtruo. Dicit 29) Averroes *c. de morbillis*, quod nullus euadit 30), quin incurrat variolas 31). Et ſunt verba ſua iſta, propterea quod omne membrum habet 32) virtutem expulſiuam mandantem alteri 33), vnde fiunt variolae et morbilli, et propter hoc 34) nullus euadit ab iſtis duobus 35), quia prouenit 36) a mala materia fixa in cibo embryonis ſ. in 37) ſanguine menſtruo, et ideo ſequuntur vtplurimum febrem continuam ſanguineam. Et accidentaliter generantur, ſi fiat 38) conceptio in 39) tempore menſtruorum, et tunc raro euadit talis lepram vel morbum terribilem. Similiter generantur ex cibis et humoribus de facili 40) ebullientibus, ſicut 41) ſanguine animalium et brodio. Similiter 42) ex cibis aquoſis, poſtquam ſumitur calidum, ſicut 43) poſt lac accipiatur vinum, et poſt fructus accipiatur zinziber, et 44) poſt piſces allia et cepae cum eis, quia hoc facit 45) ebullitionem, et 46) coitus cum muliere menſtruoſa, et 47) comeſtio carnium bouinarum, vel potatio vini plurimi vel 48) cereuiſiae

 nouae

24) *ſeu.* 25) *idem de.* 26) *ſtatuendum.* 27) *Cauſas. Harum* 28) τεχνης §. 29) *Et ſcribit.* 30) *nullum eſſe hominem.* 31) *aut qui hunc morbum euadat, propterea (inquit)* 32) *habeat-* 33) *amandantem ad aliud materiam excrementitiam.* 34) *et ob id vt dixi.* 35) *iſtos duos morbos.* 36) *proueniunt.* 37) in embryone h. e. ſanguine 38) *quando fit.* 39) deeſt, *in.* 40) *facile.* 41) *vt ex.* 42) *brodiis. Ita.* 43) poſtq. aliquid calidi ſumptum fuerit, vt ſi 44) Deeſt, *et.* 45) *cepae. nam haec faciunt ſanguinis.* 46) *Item.* 47) *menſtruis laborante, comeſt. carn. bouin. potio* 48) Deeſt, *vel-*

nouae, et dimiſſio flebotomiae. Et contingit aliquando, quod homo variolatur bis, quoniam 49) prima vice non totaliter expellitur materia, et cum homo 50) comedit ficus frequenter, quia ipſae expellunt materiam ad exteriora. Similiter peſtilentia aeris 51) facit ad generationem earum 52), et ideo complexio calida et humida plus incurrit eas, quam ſicca, et aetas infantiae et 53) pueritiae, et aliquando adoleſcentiae, quam iuuentutis vel ſenectutis 54), quia in ſenectute non fit, niſi in 55) cauſa forti et in regione calida et humida, ſed in decrepitis nunquam fiunt, vt dicit 56) Isaac 5. *febrium.* Et tempus anni, ſicut in vere, plus fiunt, quam in hieme 57), et plus in autumno, et 58) in fine eius, quando praeceſſit aeſtas calida et ſicca, et 59) autumnus eſt calidus et ſiccus vel humidus. Similiter in tempore 60) auſtrino plus, quam in alio tempore 61), et ſtatio ſub ſole calido facit 62) ebullire ſanguinem, et iuuat 63) ad generationem morbi illius 64). Et ſunt quatuor *ſpecies* earum 65) ſ. *ſanguineae*, et ſunt latae, rubeae, *colericae*, et ſunt rubeae, acutae et 66) pungitiuae, non valde latae, *flegmaticae* 67) ſunt albae et latae, *melancholicae* ſunt nigrae, vel violaceae, vel 68) liuidae, vel virides, ſecundum quod melancholia eſt 69), quia materia earum eſt naturalis vel aduſta magis vel minus. Hic tamen notandum vlterius 70) videtur, quod variolae non fiunt in foetu in vtero materno propter hoc 71), quod in eo calor 72) eſt obtuſus, et ideo non facit ebullitionem, ſecundo, quod virtus natura-

49) *Aliquando variolae bis hominem inuadunt, quando.* 50) *frequenter.* 51) Deeſt, *ipſae.* 52) *Praeterea aer peſtilens.* 53) *variolarum* 54) Def. *et.* 55) virilis aetas et ſenectus. 56) *a.* 57) *ſcribit.* 58) *Quod ad tempus anni pertinet, tempore veris plus fiunt, quam hiemis* 59) *ac.* 60) *et quando.* 61) *Item temp.* 62) *fiunt, quam alio.* 63) *Facit et ſtatio.* 64) *iuuatque.* 65) *variolarum.* 66) *ſunt autem quat. ear. ſpec.* 67) Def. *et,* 68) *quae.* 69) Def. *vel, vel.* 70) *pro qualitate humoris melancholici.* 71) Def. *vlterius.* 72) *fiant foetu in vtero mat. exiſtente, propterea.*

naturalis eſt circa aliud intenta ſ. 73) circa formationem membrorum, tertio propter defectum emunctoriorum, quarto, quia a calore matricis conſeruatur ſanguis ille menſtruus, nec ebullit, nec corrumpitur. Item notandum, quod non eſt neceſſe, omnem hominem 74) incurrere variolas, licet Isaac *quinto febrium* dicat hoc 75); ſed debet ſic intelligi, quod aptitudinaliter incurrat eas quilibet propter ſanguinem menſtruum remanentem in fetu poſt partum. Qui niſi expellatur per vrinam, vel egeſtiones, vel ſudores, vel 76) flebotomiam, homo incurrit actualiter eas vel ſuſpectus erit plus, quam alii de lepra, niſi ita ſit, quod conceptus fuerit in muliere munda ſ. 77) ſana poſt fluxum menſtruorum 78), et quod pater ſit ſanus, et boni regiminis, et fetus ſit 79) bonae complexionis, et moderatus, non guloſe viuens, nec inordinate, quod eſt raro 80), quia non intendunt, niſi comedere, vt dicitur *ſecundo prognoſt.* 81). Item notandum, quod *variolae* ſint 82) duplices, *propriae* 83) et *impropriae.* Propriae ſunt, quae fiunt 84) ex ſanguine menſtruo ebulliente interius, et illae maxime fiunt in pueris 85). Aliae ſunt impropriae, quae fiunt 86) ex cibo corrupto, attracto ab interioribus ad exteriora a calore exteriori 87) forti, et tales poſſunt fieri in omni 88) aetate, ſicut et ſcabies poteſt. Et ideo dicit 89) Avicenna *quarto Canon.* quod aliquando homo variolatur bis 90), ſemel proprie, et ſecundo 91) improprie, vt dictum eſt ſatis 92).

 *Si-*

73) *quod calor tunc.* 74) *nimirum.* 75) *Adhaec non eſt tripliciter neceſſe hominem.* 76) *hoc afferat.* 77) *ſic accipi illius dictum debet.* 78) *per pleb.* 79) *niſi forte conc. ſit a munda mul. h. e.* 80) *menſt. flux.* 81) *item a patre ſano et temperanter viuente, et niſi fet. ſit.* 82) *compl. temperatus, non guloſus, aut inord. viuens.* 83) *rarum eſt.* 84) *quia pueri vt ſcriptum eſt progn. nihil aliud faciunt, quam cont. comed.* 85) *Suntque duplices variolae.* 86) *proprie ſic dictae, et improprie.* 87) *Var. prop. dictae ſiunt.* 88) *in puer. generantur.* 89) *Improprie variolae appellatae ſiunt.* 90) *extremo.* 91) *generari omni.* 92) Def. *poteſt.* 93) *Scribit.* 94) *hominem bis corripi a variolis.* 95) Def. *ſecundo.* 96) *vt modo dictum eſt.*

*Signa.* Si *variolae* ſunt *de* 93) *ſanguine*, tunc ſunt ſuperius acutae, et 94) inferius latae, cito 95) maturantur, et 96) in ſaniem conuertuntur: Sunt enim 97) ſalubres, quia materia earum eſt ſanguis, et ſanguis 98) eſt amicus naturae et digeſtioni obediens, et 99) ſi ſit complexio calida et humida, et tempus eſt 100) vernale et auſtrale, et ſimilia concomitantur 101), tunc eſt certum, quod ſunt de ſanguine. Si ſunt *colericae*, tunc ſunt roſeae, citrinitati attingentes 102), paruae, rotundae, et capita earum acuta, et quaſi acus pungitiua 103) propter acumen materiae earum, et ſunt in re 104) *morbilli;* Et ſi cotum 105) in vrina die cretico appareat cum mitigatione doloris et febris, et variolae aperiuntur, et tunc 106) exit ex eis humiditas, tunc 107) eſt bonum ſignum. Si contraria exeant, peſſimum eſt ſignum. Si ſunt 108) *flegmaticae*, tunc ſunt albae et latae, et 109) leues, et ad digerendum durae 110), quarum materia ſub cute praeparata vel putrefacta nimium pruritum generat 111), maxime ſi ſit phlegma ſalſum. Et cum prurire incipiunt 112), diſcoriantur 113), et emittuntur putredines inde aeruginoſae. Nunciant mortem, ſi vrina fuerit cruda 114). *Melancholicae* vero in 115) initio ſunt liuidae, poſt 116) virides i. ſubnigrae, in quibus non coadunatur humiditas, et ſunt 117) magnae et 118) durae, quaſi magnae verrucae; verum peſſimae 119) ſunt, quando nullam habent qualitatem, qua 120) maturari valeant, et ideo ſiccantur et ſcinduntur, vnde generantur ſincopis et 121) aliena-

93) *ſint ortae a.* 94) Def. *et.* 95) *citoque* 96) *atque* 97) *autem* 98) *et is* 99) *Item* 100) Def. *eſt* 101) *et auſtr. illam comitetur.* 102) *accedentes* 103) *ac pungit. inſtar acuum* 104) *reuera* 105) *cottum* 106) *aperiantur, tunc* 107) *et* 108) *ſint* 109) Def. *et.* 110) *crudae* 111) *nimium magnum excit. pruritum* 112) *deinde c. incip. prur.* 113) *excor.* 114) *emittunt putredinem aerug.* 115) *Quod ſi vrina cruda exiſtat, tunc mort. nunc. tales variolae.* 116) Def. *in.* 117) *fiunt* 118) *ſuntque* 120) Def. *et* 121) *et peſſ.* 122) *vt* 123) *generatur ſincope alien. mentis.*

alienatio virtutis. Quibus apparentibus, prognoſticanda eſt mors.

*Signa variolarum antecedentia* in febre ſanguinea ſunt dolor capitis et dorſi propter multitudinem ſanguinis corrupti, extendens venam dorſi. *In variolis* 122) rubor et tumor faciei, turbulentia oculorum et lachrymae, ſed *in morbillis* ſunt plus de lachrymis, et dolor dorſi minus 123), quia generantur ex vehementia maliciae ſanguinis corrupti pauci, ſed ibi eſt inflatio magna et anguſtia. Grauitas etiam capitis praecedit et 124) variolas, et dolor, et punctura praecedit variolas, quia accidit omnibus membris ſimilium partium apparentibus et occultis, ita, quod 125) velaminibus pulmonis et gutturi accidit pruritus, et 126) in naribus ſternutatio, pectoris aſperitas, vocis 127) raucitas, et propter exitum ſeparatur continuitas, quaſi ſi ſpinae vel acus penetrarent 128). Et 129) eſt timor in ſomno, et groſſitudo 130) ſputi, multitudo alicum, apparitio lampadum, et cum incipiunt apparere, ſunt ſicut capita acuum 131), aut ſicut granum milii 132), aut ſicut caput 133) formicae. Deinde incipiunt multiplicari et magnificari, deinde 134) faciunt cruſtam et ſaniem, deinde deſiccantur 135) et cadunt 136), dicit Avicenna, et 137) aliquando exeunt duplices, in quarum ventre vnius eſt alia, et 138) ſunt malignae. Et 139) ſignum multitudinis materiae eſt viſcoſitas eius. Igitur cum 140) debili virtute 141) morta-

122) Def. *in variol.* 123) *plus eſt lachrymar. dol. deminor.* 124) Def. *et* - *et praeced. variol.* 125) *veluti* 126) Def. *et* 127) *pectori voci* 128) *poſt exit. ear. fit ſeparatio continuitatis* 129) *quaſi ſpinae penetraſſent* 130) *Praeterea* 131) *craſſities* 132) *ſimilia capitibus acuum* 133) *aut inſtar grani mil.* 134) *aut inſtar cap. form.* 135) *poſtea* 136) *tandem exſicc.* 137) *vt* 138) Def. *et* 139) *ita vt in vnius vent. adhuc ſint aliae, et illae* 140) Def. *et* 141) *itaque* 142) *exiſtente lethales ſunt.*

mortales, et tunc, quando 142) ſunt tales, et dolor in profundo 143) variolae, et ſimiliter in ſuperficie, et poſtquam ceciderit vna 144), manet 145) alia. Et ſic de aliis.

*Pronoſtica.* Pronoſticari poſſumus, quod 146) albae ſunt meliores, quando ſunt paucae numero, et magnae quantitatis, et 147) facilis exitus, paucae anguſtiae 148), debilis febris. Et minuitur febris 149) cum apertione illarum, et proceſſus earum eſt in 150) tertio et in quarto. Si ſunt 151) magnae et albae, pluris numeri 152), propinquae, absque continuatione, adhuc ſunt minus malae. Sed albae, paruae et 153) durae, propinquae, difficilis exitus, quod fuerunt a materia groſſa 154), ſunt malae, frequenter interimentes 155), antequam poſſint maturari. Sed 156) ſi egreſſio variolarum diuerſificatur, ita, quod 157) modo appareant, modo occultentur, et maxime, 158) ſi ſint violaceae, cum debilitate virtutis, 159) ſunt mortales: Sed ſi non debilitetur virtus 160), ſpes eſt bonae euaſionis. Et ideo ſi ſint declinantes 161) ad nigredinem et 162) magnae, ſunt vt plurimum mortales. 163) Et ſi 164) emittunt ſaniem virulentam, malae ſunt, quia ſignum eſt venenoſitatis et corruptionis materiae. Deinde ſciendum, quod ſi 165) febris praecedit eas, melius eſt, quam quod ipſae fiant, deinde ſequatur febris. Item 166) *fluxus ventris* in variolis eſt malus, et 167) maxime, ſi egeſtio fuerit nigra, vel 168) fetida, aut 169) viridis.

Et

142) *et cum* 143) *profunditate variolar.* 144) *vna decid.* 145) *remanet* 146) Def. et leg *variolae* 147) *quantitate* 148) *et* 149) *item ſi febr. minuatur* 150) *Fiat tert. aut quarto die* 151) *ſint*, def. *et* 152) *plures numero* 153) Def. *et.* 154) *genitae* 155) *quia freq. interimunt* 156) Def. *ſed* 157) *diuerſimode fiat, ita vt* 158) *max. vero* 159) *virtutis, tunc* 160) *accidat virt. debilitas atq. caſus tunc bona erit ſpes euaſ.* 161) *et ideo ſic declinent* 162) *Sint* 163) *vpl. interimunt* 164) *ſimiliter ſi emittant.* 165) *Sciendum et hoc eſt ſi praecedat* 166) *ipſae prius erumpant et* 167) Def. *item* 168) Def. *et* 169) Def. *vel.*

Et *vrina* nigra poſt ſanguinis mictum, malum. Item ſi fuerit cum bonitate anhelitus et alleuiatione 170), bonum 171) eſt. Si cum fortitudine febris, et ſiti forti, et ſtrictura anhelitus, 172) mortale, quia vtplurimum moriuntur ſuffocati. Item ſincopis 173) ſuperueniens malum eſt 174) et mortale, quia ſignum 175) eſt, quod materia vadit ad cor. Item 176) ſi materia vadit 177) ad pulmonem, frequenter ſequitur mors vel ptiſis. Et 178) ſi ad oculos, frequenter ſunt 179) caeci, vel relinquetur tela 180) in oculis. Et ſi male curentur, remanebunt foueae et concauitates in toto corpore turpes. Item cum anhelitus et vox remanent bona, eſt ſignum ſalutis vtplurimum 181). Item 182) *variolae* exeunt paullatim, et *morbilli* cito. Et 183) ſi virides aut violaceae fuerint, euenit ſincopis 184). Item cum anhelitus eſt malus 185), frequenter ſequitur mors. Item 186) aer frigidus et frigida ſuper poſita 187) faciunt redire materiam fortiter ad inteſtina, et fit raſura inteſtinorum cum diſinteria, quia aer frigidus laxat comprimendo et materiam corrumpendo 188).

*Cura* 189). Circa curam huius morbi ſunt multa facienda. Primo oportet euacuare 190) cum flebotomia et ſolutione ventris pauca, infrigidante vel comprimente, non attrahente vel diſſoluente. Secundo oportet alterare interius 191) cum acetoſis, dummodo ſtrictura 192) pectoris non impediat, vel cum digeſtiuis, frigidis, confortatis, quodammodo ſtipticis 193)

170) *vel* 171) *Si variolis adfuerint anhel. facilitas et alleuiatio.* 172) Def. *eſt.* 173) *Si vero febr. fortis coniuncta fuerit variolis, ſitis vehemens, conſtrictio anhelit.* 174) *Syncope.* 175) Def. *eſt* 176) *ſignum enim* 177) *petat cor. Si* 178) *vadat.* 179) Def. *et* 180) *fiunt patientes* 181) *aut t. relinquit.* 182) *Manentibus anhelitu et voce in variol. vt plur. eſt ſign. ſalutis.* 183) Def. *item.* 184) Def. *et* 185) *ſyncope* 186) *Anhelitu exiſtente malo in variol.* 187) Def. *item* 188) *ſuperpoſita* 189) *corrumpendoq. mat.* 190) *Curatio curation.* 291) *fieri euacuationem* 192) *fieri debet alteratio intrinſecus* 193) *conſtrictio* 194) *ſtipticitatis quod.*

193). Tertio debent dari illa, quae iuuant 194) ad facilem expulſionem earum. Quarto debemus defendere oculos et pectoralia, et nares, et os, et inteſtina ab eis 195) cum repercuſſiuis propter nobilitatem eorum membrorum, et eſt repercuſſio ab intra ad extra 196), et hoc poteſt fieri 197) in materia venenoſa. Quinto debemus 198) cum infuſionibus deſiccare, et hoc 199) ante completam maturationem 200) non poteſt. Sexto poſt alium diem 201) cum 202) rumpuntur, deſiccare, mundificare et conſolidare 203). Et ſi non rumpuntur per ſe, cum acu aurea aperiantur 204). Septimo, oportet variolarum veſtigia prohibere, et curare, et replere 205).

Circa primum eſt ſciendum, quod 206) ſi corpus eſt plectoricum, aut ſi ſanguis dominetur, aut 207) ſi fortis ſit virtus, et 208) aetas et alia particularia concordant 209), fiat flobotomia in principio de vena 210) mediana communi, deinde de ſummitate naſi, et maxime in pueris, quia talis flobotomia praeſeruat partes ſuperiores a malitia 211) *variolarum*, et eſt facilis ſuper infantes 212). Similiter ſi *morbilli* fuerint, quod eſt 213) diminutiuum morbi ſenſibilis propter paruitatem, cum repletione ſanguinis vſque ad quartum diem poteſt fieri flobotomia; Sed poſt duos vel tres dies ſi quando procedunt vel augmentantur, tunc non oportet, quod fiat flobotomia 214), quia traheret materiam ad intra 215), et prohiberet

*quod. confortantib.* 195) *conducunt* 196) *debent defendi oculi,* def. *et- et. et.* 197) Def. *ab eis*, et paullo poſt, *eor.* 198) *et reperc. debet fieri ab interioribus ad exteriora* 199) *idq. in* 200) *eſt- deſiccandum* 201) *quod tamen* 202) *fieri* 203) Def. *poſt al. diem* 204) *variolae* 205) Def. *deſicc.* et leg. *mundificandum et conſolidand.* 206) *aperiendae ſunt variolae c. a. a.* 207) *Var. veſt. ſunt delenda, curanda, replenda* 208) Def. *quod.* 209) Def. *aut* 210) *ſi* pro *et* 211) *conſentiant* 212) Def. *vena communi* 213) *malignitate* 214) *pro infantibus* 215) Def. *quod eſt* 216) *ſed quando duo vel tres dies procedunt* 217) *phlebot.*

beret 216) exitum, niſi inueniatur 217) vehementia repletionis 218) et dominium materiei, et tunc fiet ea quantitate 219), quae exſiccat, ſ. quae minuat repletionem 220). Eſt enim conuenientius, quod 221) flobotomia adminiſtretur in iſta aegritudine, et ideo ſi non fiat, quando competit, timetur de corruptione extremitatum. Dein 222) fiat ventris ſolutio cum caſſia fiſtula, prunis, tamarindis, violis cum 223) zuccaro roſato nouo, et de roſis recentibus, vel de ſucco roſarum cum zuccaro cum tamarindis, et non ſint laxatiua fortia, quia iſte morbus de facili concordat cum fluxu 224) ventris.

Circa ſecundum ſciendum, quod frigida ſtiptica quodammodo competunt, vel acetoſa in principio apparitionis earum, et ideo ſuccus acetoſus, et 225) vinum malorum granatorum, et agreſta 226), et alia, et ſuccus eius, et coriandrum, et ſuccus prunorum acetoſorum, et pomorum, et aliorum fructuum talium 227), et nenufar 228), et camfora, et ſandali. Et ideo valent triaſandali cum aqua nenufaris, in qua ponatur modicum camforae ratione febris et 229) peſtilentiae aeris, et venenoſitatis materiae. Tamen non dentur nimis 230) frigida per interius 231), ſicut aquam frigidam non demus, nec alia infrigidata in niue, nec excellenter frigida competunt poſt ſecundam diem apparitionis earum, quia prohibent expulſionem earum, et ebullitionem ſanguinis, quae eſt cauſſa expulſionis earum. Similiter nec frigida ab extra 232) applicentur, ne repercutiant ad intra venenoſam materiam, nec aer ſit frigidus et ſiccus, ne pori claudantur. Et ideo licet dicta ſint ſuperius 233), quae prohibent repercuſſionem



*bot. adminiſtrari* 218) *ad intra* 219) *variolarum* 220) *inueniretur* 221) *in corpore* 222) *tunc ea quant. educeretur* 223) Def. *quae exſicc. ſ.* et leg. *quae replet. ill. minueret* 224) *vt* 225) *poſtea* 226) Def. *cum* 227) *facile tranſit in fluxum* 228) Def. *et - et - et* 229) *agreſtae, coriand. et ſucc. prun. pomor.* 230) Def. *talium* 231) *nenupharis, camph. ſant. valent, it. confectio ſiue tabulae Diatrionſant. cum aqua* 232) Def. *et* 233) *Verum dari non debent nimium* 234) *ad interiora,*

nem *c. de cura apoſtematum*, tamen ſunt 234) duo verſus communes 235) non prius dicti 236).

*Multa venenoſa, mala criſis nobilitasque*
*Interius nolunt proprias recludere cauſas.*

*Diaeta* eorum ſit declinans ad frigiditatem, ſicut ordeatum, auenatum, lac et amigdalae 137), lentes coctae in aquis duabus proiectis, et poſt coquantur in alia aqua, et 238) vocantur lentes anglice *tiles*.

Et ſi febris ſit fortis 239), tunc potagium erit bonum 240) de epatica, lactuca, ſcariola, et ſi ſit venter mollis, tunc plantago in parua quantitate poteſt addi iſtis, et poſſunt tunc fieri potagia eorum in aqua, in qua 241) decoquantur ſumach, borrago, bugloſa. Et binae 242) mundificant ſanguinem, et illa ingroſſant ſanguinem ſ. ſumech, lentes 243). Et 244) ſi ille ſit ſubtilis et acutus nimis, cum 345) vuis paſſis mundis ab arillis, et caricae, et ficubus ſiccis de malech, et amigdalis excorticatis fiat decoctio. Sed carnes non comedant 246), nec piſces, ſi virtus ſtet 247), quouſque morbus declinauerit, nec 248) potent vinum, nec cereuiſiam fortem, ſed ptiſanam, vel fiat 249) lac amigdal. et maxime valent ficus, ſi ſit ſtrictura pectoris vel malitia anhelitus.

Si ergo 250) materia fuerit ſanguinea, digeri poteſt cum ſirupo de fumo terrae et violis in 251) minus. Et valet in vtraque iſtarum zuccarum roſatum et violaceum, et oxizaccara non valent, ſi ſit malitia anhelitus 252). Tamen 253) quia iſti ſirupi ſunt multum ſpiſſi et abominabiles 254), fiat

*vt eſt aqua fr. vel niue infrigidata.* 235) *extrinſecus* 236) *ſupra* 237) *alii* 238) Def. *commun.* et leg. *verſ. de illis ipſis* 239) *poſiti* 240) *declinet* 241) *lac am.* 242) Leg. *in aq. duab. voc. ant. lent.* 243) *Si feb. fort. coniuncta ſit variolis* 244) *tunc ex vſu eſt potio* 245) Def. *et* 246) *Poſſunt et aliae conſici potiones, in quib.* 247) *nam poſteriores duae herbae egregie* 248) *ſum v. et lent. incraſſant ipſum* 249) Def. *et* 250) *nimium, fiat decoctio ex vuis mundatis caricis ſeu ficub.* 251) *Non com. patientes carn.* 252) *conſtet* 253) *non* 254) Def.

fiat talis potatio. ℞. Accedulae, epaticae albae an. Mj. flor. borraginis, violarum, roſarum an. ℥j. ordei lib. j. ſucci fumiterrae *quart.* j zuccari quart. ijß. vuarum paſſar. ficuum ſiccar ān. quart. ß. fiat 254) lib. ij. vel iij. Et valet in cauſa ſanguinea et colerica. Si materia ſit flegmatica 255), digeratur oxizaccara compoſita cum ſirupo de fumoterrae: quod tamen raro eſt. Et cum non ſit 256) febris, poteſt vti 257) roſata nouella. Si materia ſit melancolica 258), digeratur cum oximelle diuretico, 259) ſirupo de fumoterrae et borragine, et vtatur diaborraginato.

De tertio ſciendum eſt, quod expulſionem earum facilem facit iſte potus 260). ℞. Ficuum ſiccar. ℥iß. lentium excorticatar. ℥iij. draganti, ſem. foeniculi an ʒij croci ʒj. Si times de ſincopi 261), terantur et decoquantur in lib. ij. aquae vſque ad conſumptionem medietatis, et coletur 262) et et cum zuccaro dulcoretur, et detur. Expellit enim caliditatem a partibus cordis, dicit 263) *Avicenna quarto.* vnum 264) foeniculum et apium cum zuccaro et ſucco eorum, et 265) radices cum odoratione croci 266), et cum decoctione ficuum citrinarum 267) expellunt materiam optime ad exteriora. Deinde capiatur 268) ſcarletum rubeum 269), et inuoluatur varioloſus 270) totaliter, vel in panno alio rubro, ſicut ego feci de filio nobiliſſimi regis Angliae, quando patiebatur iſtos morbos, et feci 271) omnia circa lectum eſſe rubea. Et eſt bona cura. Et curaui eum in ſequenti ſine veſti-

 giis

*fiat.* 255) Leg. *valent in conſtrictione pect. vel in anguſtia anhelitus ſummopere ficus.* 256) *Itaque ſi* 257) *ad* 258) Leg. *Valet et zucc. roſat. et violat. it. oxyſacchara in vtraq. materia: ſanguinea et cholerica non, niſi in difficultate anhelitus et tuſſi.* 259) *Verumtamen* def. *iſti multum.* 260) *et homines ſaepe ab eis abhorrent, talis praeſcribatur potio.* 261) *decoctio in aqua ad* 262) Hic add. *quod tam. eſt rarum* 263) *abeſt* 264) *addi* 265) *Si melanch.* 266) *cum* 267) Leg. *ſimpl. c. ſyr. de borr. vtere* 268) *Tertio. ad facil. variol. expulſion. conducit haec potio.* 269) *Syncopen* 270) *mediet. colentur. dulcorent. atq. exhibeantur aquae.* 271) *vt ſcribit.* 272) Def. *vnum* 273) *nec non* 274) *c. croco odo-*

giis variolarum 272). Oportet tamen obſeruare 273), cum exeunt, quod tunc non inungatur locus varioloſus oleo, quia oppilaret poros, nec veniat in aere frigido 274), niſi ſi ſit aer valde calidus. Tunc temperetur aer 275) cum foliis ſalicis et aſperſione aquae in domo et roſ. 276) et camphora, et cum aqua camphorata. Similiter 277) ligentur membra patientis, vel habeat 278) cirotecas continue in manibus, ne ſe 279) ſcalpet, nec tangat, quia faceret foueam in cute turpem 280). Deinde accipe 281) ſuccum foeniculi et apii, et in ipſo tepefacto 282) intinge pannum lineum, et inuolue totum corpus. Illud enim trahit materiam ad extra 283), et pro 284) parte conſumit. Vel herba ſenae vel apii decoquantur 285) in aqua, et 286) cum lentibus, et cum ficubus ſiccis, et tunc linteamine 287) intingatur 288), et ſuccus exprimatur, et inuoluatur patiens. Item inungatur poſt iſta, ſed non in principio, non 289) cum oleo, ſed 290) cum ſanguine alicuius animalis calido, ſicut galli 291), columbae, ouis, et poſt 292) in linteamine praedicto inuoluatur. Et hoc 293) frequenter, ſed caue, ne iſta ſuperpoſita 294) violenter auferantur 295), et maxime in pueris.

Quarto oportet defendere oculos 396) cum leui repercuſſiuo propter eorum teneritatem 297) cum bombace vel 398) panno aliquo antiquo molli, in aqua roſarum intincto. Deinde de coriandro 299), aqua roſarum, ſumach et 300) albumine

*rato, etc.* 275) *optime* 276) *Poſtea ad alia eſt pergendum. Cap. ergo* 277) *rubrum* 278) *et qui patitur variolas, inunglu. in illo* 279) *feci, quando inclyti reg. Angl. fil. variolas patiebatur, curaui, vt eſſent rubra.* 280) *Et curatio illa mihi optime ſucceſſit: n. citra veſtigia variol. ſanitati reſtitutus eſt.* 281) *Illud tamen ſummo ſtudio eſt obſeruand. vt c. variolae exeunt, loc. ille non inung.* 282) *nec patiens admittat aer. frig. niſi aer eſſet* 283) *T. aer habitaculi alteretur* 284) *aſp. a. roſ.* 285) Def. *ſimil.* 286) *ipſe* 287) Def. *ſe - ſe* 288) *et maxime faciei.* 289) *cape* 290) *et ipſis tepefactis* 291) *ad exteriora* 292) *ex* 293) *vel h. opii decoquat.* 294) Def. *et cum* 295) *linteamen* 296) *in illo decocto. exprimatura, poſtea pat.* 297) *patiens, ſed non* 298) *nec* 299) Def. *ſed* 300) *gallinacei* 301) *deinde* 302) *hocq.* 303) Def. *ſuperpoſ.*

mine oui agitato diu fiat collirium, et 301), frequenter oculus inſtilletur. Sed 302) aqua roſarum ſola valet 303) et lac mulieris 304). Et 305) candi puluerizatum eſt mirabile, in tantum 306) *telam* nouam prohibet, vt videbitur tertio huius 307). Item 308) ſuccus verbenae cum albumine oui valet optime, et ſimiliter 309) in tela remanente. Deinde 310) ſi *macula* aliqua remaneat in oculo poſt variolas, quia forte fuit medicus tarde vocatus, fiat 311) illud experimentum. Accipe 312) dragantum 313) albiſſimum, et ponatur integrum in aqua roſarum. Reſoluatur, et de ipſo reſoluto ponatur in oculum ſemel in die, et ſoluetur macula, maxime ſi 314) candi aliquando per vices imponatur, vel puluis albus communis.

Si vis cuſtodire *nares*, inungantur cum agreſta, aceto et aqua roſarum, deinde iniecta fit bona 315). Odorare acetum ſolum eſt iuuatiuum 316). Ad *oris* cuſtodiam et *gutturis* oportet ſuggere granata, ſcilicet grana eorum, et gargarizare vinum eorum, et 317) ſimiliter vinum mororum i. ſuccum 218) eorum, qui eſt rubeus, vt vinum cum aqua ordei calida. In conſeruatione *pulmonis* valet ſemen papaueris cum lacte amigdalarum, cum zuccaro, roſato et diapauere 219) ſunt optima. Ad cuſtodiam *inteſtinorum* in ſucco acedulae decoquantur ſumach et coriandrum, vel acedula, et decoquantur in iſta 320) aqua, et 321) coletur, et dulcoretur, et potetur, et ſpodium ponatur, vel quando potat, ad pondus ʒß. 322). Si *ſolutio ventris* ſuperuenerit, ſi vtatur carnibus citonicum 323) cum zuccaro ʒij. 324) ſpodii

*304) aut eras, max. 305) qu. defendendi muniendiq. ſunt oculi 306) defendendi muniendiq. ſunt oculi 307) teneritudinem 308) aut 309) Deinde fiat coll. ex cor. 310)* Def. *et* 311) Def. *et.* poſt add. *et* 312) *valent 313) muliebre 314) Saccharum 315) quod 316) vt alias diximus 317) ſic 318) eſt optimus in* 319) Def. *deinde 320) adminiſtretur 321) cape 322) tragacanthum 323) ſaccharum 324) inii.*

ſpodii, trociſcorum de ſpodio, quos ponit Isaac *quinto febrium de cura ſinochae*, valent hic.

De quinto 325) ſciendum, quod ante completam maturationem capiatur 326) aqua roſarum, in qua decoquatur crocus, et aſpergatur violae cum illa 327) tepida, deinde cortex tamariſci, roſae, ſandali 328), decoquantur in aqua, et ponatur 329) modicum canforae, et tunc 330) aſpergatur cum illa aqua tepida vel calida, et hoc vocat Avicenna *ſalitionem* i. aſperſionem, ſi ſal aſpergitur 331) ſparſim vel diuiſim, non quod ſal apponatur. Iſte modus operandi maturat, exſiccat, et facit cadere cum velocitate.

Sexto videndum poſt alium diem, cum apparet 332) *maturatio*, ſi 333) non rumpantur, accipiantur 334) cum acubus de auro et argento, et humiditas exiens exſiccetur cum coto 335), deinde deſiccentur cum litargirio, plumbo vſto et carice 336) lignorum, et illud 337), quod remanet poſt 338) operationem vermium in ligno.

Tamen ſi vis, quod 339) exſiccentur ante rupturam, dormiat patiens ſuper farinam rizi et ordei fabarum 340), vel culcitra impleatur iſtis, et ſuperdormiat 341). Sed ſi ſit ibi 342) vlceratio, deſiccentur 343) cum vnguento albo Rasis, quod ego ponam in tertio huius 344), vel de 345) puluere fabarum et roſarum 346) ſuperaſpergatur, et oleum roſarum poſt maturationem, tum farina rizi et amidi multum valet 347).

Deinde

*-tiatur* 325) *plurimum iuuat.* 326) *ſugenda ſunt* 327) *punicor. mal. grana, eorumq. vin eſt. eſt gargariſand. ſimil.* 328) *ſuccus* 329) *quae omnia* 330) *acid. decoq. in* 331) Def. *et* 332) *adde ſpod. ad pond.* 333) *exhibeatur portio.* 334) *conditorum* 335) *adde drach. vel.* 336) *hic enim val.* 337) *quinto* 338) *capienda ſit* 339) *aqua* 340) *ſantala* 341) *addatur* 342) *et patiens aqua calida, et hoc* 343. *aſpergatur diuiſ. non* 344) *ſexto ſi appareat* 345) *et variolae* 346) *aperiantur* 347) *cotto*

Deinde 348) ad carnis generationem et ad cicatrizandum, et mundificandum valet thus, maſtix, ſarcocolla, puluere facto de 349) iſtis, et ſuperaſperſo vel cum melle roſarum mixto.

Circa ſeptimum videndum eſt, quod 350), facta maturatione variolarum per ſaniem, ſi cicatrices et veſtigia remaneant, inungantur 351) cum vnguento de ceruſa 352). Quod fit hoc modo. Accipiatur cera colata, et eius quadruplum de oleo roſato. Quibus reſolutis 353), addatur cerae ℥j. et in circuitu moueantur. Deinde poſtquam infrigidari coeperit albumen oui, praedictis admiſceatur, donec inſpiſſetur, ſine intermiſſione moueantur 354), deinde recondantur 355), et tunc accipiatur farina rizi puluerizati, et, facta inunctione, loca cicatricum cum farina illa aſpergantur. Et 356) hoc fac omni nocte, et ſummo mane abluatur facies cum aqua de floribus fabarum. Vel fiat illud 357). ℞ litargirii, ceruſae lotae et 358) pulueris cannarum aduſtarum, id eſt 359), arundinis, cachimae lotae, pulueris concularum 360) marinarum, et 361) cum oleo de lilio et cera, quod ſufficit, fiat vnguentum. Ad idem valet multum ad implendum illa veſtigia 362) impinguatio corporis cum ouis ſorbilibus, et 363) iure galli, et vino, et 364) balneum poſt prandium aliquando, et ſtupha faciei cum capillis veneris, maluis 365) et arundine, et emplaſtro cum 366) pice calefacta poſt conſolidationem vulneris et ſubita emiſſio eius. Deinde inunge cum 367) vnguento citrino

348) *carie* 349) *cum illo* 350) *poſtquam verm. ligna eroſerunt* 351) *Quod ſi velis vt* 352) *antequ. rumpunt* 353) *hordei, fab.* 354) *ſuper quib. patiens dorm.* 355) *At ſi appareat* 356) *deſiccetur illa* 357) Def. *quod- huius* 358) Def. *de* 359) *qui* 360) *Val. poſt mat. far. oryz. vel amyli.* 361) Def. *deinde* 362) *ex -ſeptimo facta* 363) *fiat inunctio* 364) *ſolutis* 365) *mouendo* 366) *recondatur - capiatur - oryzae - pulueriſ. factaq.* 367) Def. *et* 368) *Vel rec.* 369)

citrino communi, et gargarizare ſuccum 368) apii et maratri cum 369) croco vel cum decoctione eorum 370), quia haec mundificant faciem.

Vltimo videndum eſt de *punctillis*, contra quos 371) potet patiens de ſerico crudo vel inciſo rubeo minutim, et corpus fricetur cum ſanguine columbae. Deinde 372) fiat flobotomia de ſaphena vtriuſque pedis in interioribus et exterioribus, et de ſaluatella etiam 373). Et fiant 374) balnea de foliis vitis, ſalicis, capillis veneris et leuiſtico, et 375) furfure 376). De *punctillis* 377), magis nutriatur patiens cum 378) bonis cibis, et lauentur tibiae cum colatura furfuris et 379) farina fabarum, et auferatur ignis, et patiens 380) calcietur 381), et potet vinum bonum, et cum vnguento citrino vngantur tibiae. Et ſimiliter 382) valet in *punctillis paruis*. Et haec ſufficiant 383).

Def. *et* 370) *ſeu* 371) *concharum* 372) Def. *et* 373) *in implendis illis veſtig.* 374) Def. *et* 375) Def. *et* 376) *malua* 377) *item emplaſtrum ex* 378) *Inunctio ex* 379) Def. *communi* 380) *gargariſmus ex ſucco* 381) *additis maratro et* 382) *vel eor. decoctio* 383) *contra punct. potet* 384) Def. *deinde* 385) *nec non de ſaluat.* 386) *Parentur* 387) Def. *et - et* 388) *furfuribus* 389) *In hoc affectu patiens* 390) Def. *cum - et* 391) *furfurum far.* 392) *caueat ign. patiens* 393) *calceetur* 394) *Hoc ipſum etiam* 395) Def. *et h. ſuffic.*

## V.

## GENTILIS DE FVLGINEO

### DE FEBRIBVS TRACT. IIII. CAP. IIII. PAG. LXXXV. b. EDIT. VENET. *)

### *De Variolis.*

Quandoque accidit in ſanguine ebulitio ſecundum ſemitam putredinis, propter quam fiunt variolae et morbilli, et aliae

*) Inſcrib. *Conſilia Cermiſoni. Conſilia gentilis. Recepte gentilis de febribus*

aliae infectiones cutis, et almatis i. infectiones cutis diuerſae, ſicut malum roſatum, et eſt infectio cutis, ac ſi folia roſae rubrae eſſent ſparſa ſupra cutim; vel alia, quae vulgariter dicuntur *titie.* Et eſt infectio cutis, ac ſi pulices mordicent cutim, vel quae vulgariter dicuntur *geſpium*, et eſt infectio cutis latior, quam illa, quae immediate, et minor, quam malum roſatum. Et iſtae infectiones cutis ſunt diuerſorum colorum, et habent diuerſum modum proueniendi, ſicut variolae, et earum cura eſt eadem cura cum cura variolarum. Sed oportet, quod cura iſtarum paſſionum diuerſificetur ſecundum diuerſitatem temporum, quia principium ſunt materiae, et vſque quo cruſta incipiat cadere in conualeſcentia, ſunt, vſque quo cruſta deſinit cadere, quouſque veſtigia variolarum perfecte ſint remota. De ſtatu non facio mentionem, quia ſtatus harum paſſionum ſaltem, quantum ad accidentia, eſt in principio ſ. antequam appareant extra. Sciendum, quod in

 toto

*bribus. Tractatulus de balneis gentilis. Tractat' de tyriaca Frãciſci caballi.* — In fine legitur: *Finit liber de animali theria paſtillos theriacãq. conficiente a Franciſco Caballo Brixienſi viro praeclaro: Uenetiis editus. Ibidemque impreſſus etc.* ſ. a. forte 1503. Inclaruit *Gentilis Fulginas* medio ſeculo quarto et decimo: Etenim correptus peſtilentia, quae Peruſii a. 1348. die 20. Maii graſſari coeperat, diem ſuum obiit eodem anno. Sic enim expreſſis verbis legitur pag. 77. a. *Et poſtea Gentilis infirmatus eſt ex nimia requiſitione infirmorum, et hoc fuit 12. die Iunii, et vixit ſex diebus, et mortuus eſt, cuius anima requieſcat in pace. Et hoc fuit M.CCC.XXXXVIII. Et hoc ego Franciſcus de Fulgineo interſui aegritudini eius, et nunquam dimiſi eum vſque ad mortem, et ſepultus fuit Foligini in loco heremitarum.* De priori ergo dicta videntur, quae *Cl. Eloy* (Diction. voc. *Gentil.* p. 329. T. II.) ad poſteriorem retulit, ad illum pertinere libri, quorum nomina dedit. Ipſis enim litteris ſubſcribit, *Gentilis in Peruſio* (De Aegrit. Ocul. Conſ. 1. p 55. b.) et ſimpliciter *Gentilis*, nominat etiam formulam *Magiſtri Ioannis de Sancta Sophia* (De Aegrit. Iunctur. Conſ. 4. p. 73. b Falſus ergo iterum eſſe videtur Cl. *Eloy* l. c. p. 298. T II I. qui hunc demum a. 1410. mortuum eſſe ſtatuit. Debuit enim paullo ante viuere.

toto proceſſu harum aegritudinum ſpecialiter eſt ſtandum in praeſeruatione quorundam membrorum, ſpecialiter *oculorum*, *oris*, *gutturis*, *narium*, et etiam *partium interiorum*. Iſtis enim membris praeſeruatis a nocumento harum paſſionum, natura eſt per ſe ſufficiens ad curam. Primo fiat flebotomia de mediana: quod ſi etiam natura patiatur flebotomiam, et natura expellit ſanguinem de naribus, vtile eſt, quia ſi natura non fecerit, vt per artem poſſit fieri, dum tamen virtus hoc tolerare poſſit, vt in homine XIIII. vel XV. annorum. Secundo dentur cibaria, quae ſunt frigida repercuſſiua ſui ſtipticitate materiam a membris repellentia ſiue ſanguinem ingroſſantia, et naturam et ventrem lenientia, et non bibat vinum omnino. Potus iſtorum ſit iulep multa aqua mixtum. Tertio vehementer i. ſuper omnia teneantur in augmento. Si variolae non cito expellantur, principio teneatur patiens ab extra calidus inuolutus in panno de ſcarlato rubro, et ab intus miniſtrando per os teneatur cum lacca et portulaca, et ſimilibus cum debili adminiſtratione. Quod ſi hoc non ſufficit, miniſtrentur aliqualiter aperitiua, vt ſequitur. ℞ aquae feniculi, bruſci, aniſi, ſparagi ān. ℥j. aquae apii ℥ß. aneti, carui, ſem. melonis, ān. ℥ij. çuccari quart. j. fiat iulep, quo vtatur mane et ſero. Vel fiat vna de decoctionibus, quas ponit Avicenna in forma. Quod ſi ſufficienter appareant, regantur, vt decet, ſ. cum ab extra poſitis, et ſyrupo de acori i. ſaluia ſilueſtri et ſimilibus, quae ponit Avicenna in forma, et ſucco pirorum ſemimaturorum, et cum aliis aquis cum rob, in littera nominato. In declinatione vero, ex quo ſunt maxime groſſae et magnae variolae, debent cum acu de auro rumpi ſic, ſ. cum dicta acu a duobus lateribus, vel a tribus, vel a quatuor, ſecundum quod ſunt variolae magnae quantitatis vel paruae, perforentur, et dimittantur, quod ſanies proprie ſine aliqua expreſſione manauerit, et exſiccetur

ſuaui-

ſuauiter cum cotone ſine aliqua violentia et minima expreſſione. Paruae autem variolae, poſtquam ſunt maturae, ſaliantur cum eo, quod ſequitur. ℞ Mediani corticis agarici vel açari i. arboris ſorbarum, corticum tamariſci ān. ℥j. roſ rubr. flor. tamariſcorum, lentium excorticatarum prius ebulitarum in duabus aquis ān. ℥ß croci, ſandalorum alborum et rubrorum ān. ℥j. camphorae ℥ß. ſalis communis ℥jß. bulliant fortiter omnia in quar. ß. aquae roſarum. Cum iſta decoctione fiat ſalitio paruarum variolarum, conditionibus duabus obſeruatis, primo quod non ſaliantur ante maturationis complementum, ſecundo, quod elongetur ſalitio ab eis, quae ruptae ſunt, itaque in via media ponatur bombix vel pannus lineus, qui non permittat ſalitum attingere ad eas. Quod ſi variolae vlcerentur, vel quod patiens fricauerit, vel ſcalperit locum variolarum, tunc conferret applicatio vnguenti albi camphorati et aliorum in littera poſitorum ab Avicenna.

Alcofol i. collirium vel ſief ad praeſeruandum *oculos a variolis* vel a nocumento *variolarum* ſiue *morbillorum*. ℞ granorum granatorum prius expreſſorum, ita, quod remaneat parum de humiditate, ſumach, mirtillorum, coriandri praeparati ān. ℥iij. ceruſae ℥ß. croci, camphorae ān. ℈ß. aquae coriandri, aquae roſ. aquae ſumach ān. quart. ß. conquaſſentur prius fortiter pulpae granatorum, mirtillorum et coriandri, diſſoluantur in mortario cum aquis praedictis, et poſtea colentur, et in colatura iterum diſſoluantur ceruſa, crocus et camphora, et iterum coletur, et colatura iſta ponatur in oculis ij. vel iij. guttae ſaepe. Quod ſi non habes aquam coriandri et mirtilli, loco earum ℞ ſucci memithe facta reſina, aquae plantaginis ān. cum aqua roſarum, vel imponatur oleum de fiſticis, vt dicit Avicenna.

Epithima ad praeſeruandum *nares* a nocumento variolarum. ℞ Roſar. rubr. ʒij. ſandalorum alborum et rubror. ān. ʒß aquae roſ. memithe, aquae ſucci agreſtae, ān. ʒß. fiat epithima, quod ſuperponatur.

Cerotum ad idem. ℞ climiae i. fecis auri et argenti ān. ʒß. ceruſae ʒj. olei de phiſticis, olei roſ. cerae albae nouae quart. ß. fiat cerotum in modum tentae, de quo imponatur in naribus.

Gargariſma pro conſeruatione *oris* et *gutturis*. ℞ dyanthos, ſyr. de ribes, aceti rub. groſſi ān. ʒj. aquae decoctionis lentium excorticatarum ʒij. gargarizetur ſaepe frigida. Quod ſi de *dolore oris* et *gutturis* conqueratur, ſugat rob de ribes vel rob de limonibus, vel rob factum de moris, et pſilium aliud, poſt ſugat aliud in modum loch i. medicinae, quae transglutitur tenendo eam in ore, quod ſi gargariçaretur, dubium eſſet, ne ratione motus oris et gutturis fieret excoriatio maior, et partium ſolutio, ratione cuius dolor augeretur, et cibus non poſſet transglutiri, propter quod malitia eorum non poſſent nutriri, et ſic poſſent mori. Item etiam dolor poſſet augeri, et propter continuum ſolutum non recipere medicinam praeſeruantem *pulmonem* et *inteſtina*, ratione cuius tunc poteſt periclitari.

Pro conſeruatione *pulmonis* valet lohoc immmediate dictum, vel iſtud. ℞ lentium excorticatarum vel cicerum rubr. in duabus aquis bulitorum ān. ʒij. ſumach ʒß. papaueris albi fortiter conquaſſati in aquae roſ. quart. ß. cum pauco aceto vſque ad ſpiſſitudinem, coletur, et fiat loch.

De conſeruatione *inteſtinorum* et aliorum *membrorum interiorum*. *Inteſtina* etc. conſeruantur cum vſu almuri i. ciborum acetoſorum, quae in parua quantitate et ſaepe ſunt miniſtranda, et cum ſtipticis, et cum ſyrupo de ribes, et cum trociſcis de ſpodio, quorum duae receptae poſitae ſunt ab Avi-

CENNA

cenna in hoc *canone*, et melior earum eſt vltima in propoſito cum modo miniſtrandi, ibi ab Avicenna poſito etc. Circa *veſtigia variolarum* et *morbilli*. In hoc quidem valent poſita ab Avicenna in littera tam ſimplicia, quam compoſita in illa 4. *fen. tractatu* 2. Verum ad pulchrificandum faciem fiat aqua, quae ſequitur. ℞ Radicis pedis vituli, rad. ſerpentariae ān. ℥j. florum fabarum ℥iſs. conquaſſentur et ponantur ad alembicum, additis aqua roſarum, aqua limonum, fiat aqua, cum qua lauetur facies. Ad idem vnguentum. ℞ ſarcocollae, amidi, draganti, glaſſiae i. vernicis, ceruſae, litargiri, maſticis ān. ʒſs. vnguenti albi camphorati, vnguenti citrini ān. quart. j. vnguenti friſci ℥j. aquae roſ. quart. ſs. incorporentur omnia in modum vnguenti, cum quo facies vngatur. Item ad idem. ℞ Aſſungiae gallinae, aſſungiae porci recent. ān. ℥i. mucilaginis, draganti, gummi arab. ān. ʒjjj. aquae florum fabarum, aquae limonum, ān. ℥ſs. miſce in modum vnguenti. Aliud vnguentum. ℞ radic. ſerpentariae, radicum çari, cicerum excorticatorum, amidi, ceruſae, ſaponis gallici, decoctorum in furno in olla noua bene lutata, donec poſſint pulueriçari, porcelarum i. portulacarum temperatarum per noctem in aqua limonum, boraginis ān. ℥v. aſſungiae porci recent. ʒiij. pulueriçentur pulueriçanda, et miſce cum aqua florum fabarum, quantum ſufficit. Fiat in modum vnguenti, cum quo facies vngatur de nocte, et mane, quando ſurgit, lauetur facies cum aqua decoctionis mellis, vel cum aqua, in qua ſint coctae violae, vel cum aqua, in qua ſit diſſolutum furfur ſubtile tritici, de quo, vt ſuperius dixi *cap. de cibatione febrium*, fit pertomia.

Secretum *contra morpheam*. Colloquintida cum decoctione florum fabarum ſumme valet, videlicet tempera cum aqua decoctionis florum fabarum. Item ad idem aqua aluminis propriae vel cum colloquintida bene delet.

Con-

Contra *puſtulas faciei.* ℞ bruſci, ſparagi, feniculi, ān. ℨj. camphorae, ſcolopendriae, endiuiae, epaticae ān. quart. j. fumiterrae, boraginis, bugloſſ. lapacii acuti cum radice ān. lib. ß. radic. lupuli quart. j. ſem. melonis, citrulli montani mundi ān. ℥j. roſarum lib. ß. fiat ſyrupus, et de iſto ſumat patiens mane et ſero ſex coclearia, et totidem ſummitatum boraginis diſtillatae per cineratium, et ſumat tepidum. Ad idem. ℞ florum violar. boraginis, bugloſae, anthos ān. ℥ß. foliculorum ſcenae quart. j. fiat decoctio, in qua diſſoluatur caſſiae fiſtul. mundae, mannae, tamarindorum ān. ℥ij. reubarbari electi ℥j. vini albi ℨij. çuccari quart. V. fiat ſyrupus clarificatus parum, et ſumantur de iſto ſyrupo coclearia Xij. de duobus in duobus diebus cum vitro aquae calidae vſque ad conſumptionem. Et valet vnguentum ad idem. ℞. ſanguinis porci recenter extracti, baccarum lauri ān. ℨij. ſulphuris, argenti viui extincti ān. ℥iij. ceruſae ℥ß. litargiri ℨß. aceti boni rubri ℥j. camphorae ℥j. olei roſ. quart. ß. fiat vnguentum, et cum iſto vnguento calefacto vngatur facies in introitu lecti, et in mane abluatur cum vino albo tepido, et ſic fiet cura etc.

VI.

# VI.

## MICHAELIS SCOTI *)

### DE PROCREATIONE ET HOMINIS PHISIONOMIA OPVS M.CCCC.LXXVII.

### CAP. X.

Si naſcatur in decimo menſe, bene euadit, quia tunc regnat Mars, et ex ſuo calore complexionem eius confirmat in melius, cum inueniat creaturam bene completam et determinatam. Item nondum eſt, quod propter illud menſtruum, quod miſcetur cum diffuſo ſemine conceptionis in cellula matricis, oportet de neceſſitate, quod quilibet homo, natus tempeſtiue aut tarde, habeat quattuor paſſiones ineuitabiles ſ. *variolas*, *ſturolas* **), *ferſas* ***) *et ſcabiem humidam* vel *ſiccam.* — Item ſciendum eſt, quod ſi de menſtruo ſatis fuerit in conceptione, ipſa creatura in ſua vita ſatis habebit de praedictis quattuor paſſionibus, et e contrario. Sciendum, quod vnaquaeque paſſio illarum eſt purgamentum humorum illorum, quibus effectum habuit materia primitiua, vnde variolae, ſicut et ſcurolae etc. ſignificant purgamentum ſui electi.

VII.

*) Plures praeter hanc extant libri editiones, v. c. Lipſ. 1495. 4. Pariſ. 1508 8. Francof. 1615. 12. et additus eſt ed Amſtel. *Alberti magni De Secret. Mulier.* Dicit auctor, ſe compilaſſe librum phyſiognomiae *ad preces D. Federici Romanor. Imperatoris*, et paullo poſt, *Imperator, inter cetera, quibus te oportet eſſe ſollicitum, eſt ſcientia boni et mali* cet. Qui cum a. 1250. die 13. Decembr. dyſenteria correptus obiit, ſatis liquet aetas, quo *Scotus* et vixerit, et ſcripſerit!

**) Apud *Du Cange Gloſſar. Manual.* ed. Hal. T. VI. pag. 383. leg. *Sturolae vel Scurolae*, *Gallis Rougeolle.*

***) Ibid. T. III. pag. 513. dic. *ferſa*, *ſcabies*, *Gall. la Farſe.* Sed equidem dubito, cum *Scotus* expreſſe diſtinguat *ferſas* et *ſcabiem*.

# VII.
# ROLANDI PARMENSIS *)
## LIBELLVS DE CYRVRGIA **)
### LIB. I. CAP. XXVI. PAG. 151.

### *De puſtulis faciei et variolis.*

Ad puſtulas faciei et variolas delendas accipe ℥vj. mellis deſpumati et lactis ficus, et ſucci maliterrae ān. ℥ij. Iſta tria commiſce ſimiliter, et in maloterrae concauo mitte, et illud ſuper lentas prunas bullire facias, et puluerem iſtum adde. — ℞ tartari vini albi, ſinapis albi ān. ℥ij. piperis albi, alluminis zuccarini ān. ℥j. boracis ℥ij. olibani puri, oſſis ſepiae ān. ℥ij. Iſta omnia puluerizata in tali liquore mittas, et diu incorpora, et vſui reſerua. Et cum opus fuerit loco prius calefacto, ad ignem inunge. Cum autem puſtulae crepuerint, vnguento albo inunge, ſed pro aceto pone aquam roſarum, et pro oleo communi oleum violaceum. Fit autem vnguentum album ſic. Accipe maſticis, olibani ān ℥ß. litargiri, plumbi vſti ān. ℥j. ceruſae ℥iij.. Iſta omnia terantur et puluerizentur dili-

*) Reperitur in *Cyrurgia Guidonis de cauliaco. Et Cyrurgia Bruni. Theodorici Rolandi Lanfranci Rogerii Bertapalie — Venet. 1498.* f.

**) In fine leg. *Explicit liber qui dicitur Rolandina*, ſub quo nomine paſſim citatur. Secutus vero *Rolandus*, vt ipſe ad calcem operis pag. 160. b. profitetur, eſt *in omnibus ſenſum et litteraturam Rogerii*, i. e. praecepta retinuit, vterque vero iudice *Guidone de Cauliaco*, (Pag. 2. b.) *primus libros ſpeciales in Chirurgia ediderunt*, *et multa empirica in eis miſcuerunt*, *quorum opera reparata fuit chirurgia, et dimiſſa in manibus mechanicorum.* Vixit vero *Rogerius*, medicus Salernitanus, ſeculo XII. vt *Conringio* (Antiquit. Acad. Diſſ. III. p. 105. ed. *Heuman.*) videtur, et *Rolandus* ſec. XIII. Cf. *Eloy* Diction. voc. *Roland* p. 95. T. IV. Sed falſus eſt *Hallerus* (Bibl. Chirurg. T. I. p. 145.) ſi eius *libros* dicit *ad verbum ex Rogerio exſcriptos*, *vt ipſe quidem ſub finem fatetur*, dubitat etiam, vtrum magiſter *Rolandus* et *Rolandinus* iidem ſint, nec ne. Equidem affirmarem, etſi liber non ad manus eſt, nomine *Rolandinae* commotus.

diligenter, et conficiantur ſic. Acetum purum immitte, et praedictos pulueres cum oleo miſcendo diſtempera, poſtea de aceto aliquantulum impone, et iterum miſce, et poſtea de oleo, et deinde aceto, et ita viciſſim ponendo modo de iſto, modo de illo diligenter incorpora. Signum vero perfectae decoctionis eſt, quando ipſum vnguentum aequaliter liquidum eſt, et aequaliter diſcurrit. Valet autem hoc vnguentum ad multa, quia valet ad puſtulas, quae fiunt in facie ex flegmate ſalſo, et ad impetiginem, et ſerpiginem, et ad mitigandam arſuram, quae prouenit ex corruptis humoribus, et ad ſcabiem ex flegmate.

## VIII.

## GVIDONIS DE CAVLIACO *)

### CHIRVRGIA TRACT. VI. DOCTR. I.

### CAP. III. PAG. 52. a. EDIT. VENET. EDIT. LVGD. 1572. 8. PAG. 325.

*De morphea, ſerpigine — et aliis infectionibus cutis.*

De *varriolis* et *morbilis*, et deſudationibus, et planta noctis, quae ſunt bothores parui in membro plurimi ſudoris. — Quantum autem ad *veſtigia variolarum*, infra dicetur in facie de cicatricibus variolarum.

E 2 TRACT.

*) Edita vero eſt chirurgia *a. 1363. in praeclaro ſtudio montis peſſulani*, cum ſenex eſſet, vnde tempus, quo auctor vixerit, ſatis conſtat. Fuit ſuo tempore *chirurgus* longe doctiſſimus, *Magiſter in medicina*, Pariſiis, Bononiae et Monſpelii ſtudiis operam nauans, Lugduni artem exercens, Avenione Pontificis *Clementis* VI. et *Vrbani V. medicus et capellanus commenſalis* a. 1363 (per errorem ſcribae 1463.) teſtis locuples, *vſque ad Avicennam omnes fuiſſe phyſicos ſimul et chirurgos*, vir magnae lectionis et experientiae, ſtrenuus artifex, memorans *duas ſectas ſuo tempore adhuc vigentes*, *logicorum videlicet et empiricorum*, magni habitus ab *Fallopio*, *van Horne*, *Conringio*, *Freindio*, aliis. v. *Keſtner* Med. Gelehrt. Lexic. p. 189. *Eloy* Diction. v. *Cauliac* p. 574. T. I.

TRACT. II. DOCTR. I. CAP. I. PAG. II. a.

*De apoſtematibus, puſtulis et exituris* —

Puſtulae enim ſunt parua apoſtemata et exiturae coniunctae aut ſeparatae, vt glandulae et *variolae* ſeu *bothores*. Sonant tamen magis proprie de venenoſis, vt dicit HENRICVS, et ambo carnem et cutem quodammodo comprehendunt, veſicae vero cutem ſolam. — Cauſſae autem coniunctae apoſtematum et puſtularum ſunt materiae, quae in particula ſunt congregatae et incuneatae. — Iudicia puſtulorum in capitulis propriis dicentur. —

TRACT. VI. DOCTR. II. CAP. II. PAG. 56. b.

*Ad varialas et ad cicatrices ipſarum.*

Ad *variolas* duplex reperitur regimen, vniuerſale de diaeta et euacuatione, quod pertinet phyſicis, particulare, quod eſt quadruplex. Primum, quomodo extrahuntur extra, vt materia mala non remaneat intra. Secundum, quomodo praeſeruantur membra aliqua extrinſeca vel intrinſeca, quae propter ipſas periclitantur. Tertium, quomodo puſtulae rumpantur, poſtquam ſint maturae. Quartum, quomodo conſolidentur, vt non remaneant veſtigia mala. Primum completur cum quibusdam potionibus, quae fiunt de lenticulis et ficubus, et croco, et cum inuolutione panni rubei, et cautela a frigore et vento. Secundum completur, quantum ad *oculos*, cum collirio aquae roſarum et croci; quantum ad *nares*, cum agreſta et aqua roſarum; quantum ad *guttur*, cum dyamoron; quantum ad *pulmonem*, cum dyadragaganto; quantum ad *inteſtina*, trociſci de ſpodio, et id genus. Tertium completur, quod puſtulae rumpantur cum forpicibus remouendo modicum de pelle, ne recludantur. Quartum, quod non ſcalpent ſe, et ſinapizentur cum farina lentium, fabarum, lupi-

lupinorum, orobi, litargiri, ceruſa et aloes. Poſt deſiccationem vngatur cum vnguento de litargiro et ceruſa cathina facto cum oleo de lilio, et axungia aſini aut gallinae, et cum iſto Rasis. ℞ litargiri nutriti, radicum arundinum, oſſium vetuſtorum, farinae ciceris, rizi, ſeminis melonum mundatorum, been, coſti, ān. Haec omnia cum mucilagine fenu graeci et ſeminis lini commiſceantur, et ex his facies epithimetum. —

## VIIII.

## GVILIELMI VARIGNANAE *)

### OPVS DE VARIOLIS ET MORBILLIS

### LIB. II. PAG. 343.

## CAP. I.

*De cura variolarum et morbillorum.*

Nos autem non poſuimus curam febris ſanguineae, quae dicitur ſinocha, niſi propter facilitatem ſuae curationis, in



*) Inſcrib. liber: *Guilielmi Varignanae — ad omnium interiorum et exteriorum partium morbos remediorum praeſidia et ratio vtendi eis pro circumſtantiarum varietate. — De curandis morbis tam particularibus, quam vniuerſalibus Lib. XIX. De febrium curatione Lib. II. De apoſtematum vlcerumque differentia et cura Lib. V. De Venenis Lib. III. De faciei totiusque corporis mundificatione Lib. VIII. Baſil. per Henrichum Petrum. 12.* ſ. a. — In calce leg. *Guil. Varignanae Medici Librorum de curandis morbis finis.* Vixit ineunte ſeculo XIIII. et iudice *Conringio* (Introduct. in Medicin. p. 102. ed. Hal.) fuit *Iudaeus, vir magnae eruditionis*, ſed erraſſe videtur *Conringius*, cum *Orlandus* (Notiz. degli ſcritt. Bologneſ. p. 184.) eum a. 1304 Bononiae conſulis dignitate ornatum eſſe ſcribat Cf. *Linden Renovat.* p. 385. *Eloy* vero (Diction. p. 479. T. IV.) eum vixiſſe demum ſeculo XVI. ſtatuit, *Barthol. Varignanae* filium. Iam vero hic fuit vnus ex medicis latino-barbaris, Bononiae ſub finem ſeculi XIII. clarus (*Orland.* Notizie p. 70.) debuit ergo aetas eius incidere in ſeculum Arabicorum XIIII. Etiam ex orationis genere et ſimilium remediorum commendatione idem coniectare poſſumus.

qua etiam medicus ſatis rudis errare non poteſt. Nam ſola phlebotomia ducendo ad ſincopim, ſi virtus et aetas ſuſtinet, curatur. Et nos quidem multos phlebotomatos ad ſincopim, ſubito et perfecte illam curauimus, ſed *curam variolarum et morbilli* ponemus, quae ſequuntur illam febrem, non quia poſſumus ponere aliqua ſimplicia, maxime praelaudata in eis ab autoribus, ſicut fecimus in aliis morbis. Et noſtra fuit intentio prima ſic intendere in toto opere, ſed vt opus iſtud magis perfectum exiſtat, et licet quidem ſint dicta communia, quae ſcribentur, attamen longa experientia ſunt vſitata a nobis, vt prorſus confidamus in eis. Dicam autem ſimiliter de eis, ſicut et autores medicinae fecerunt, quoniam materia eſt eorum vna, licet varietur in forma, erit eorum ſimiliter vna curatio. Eorum enim materia, vt dixit Isaac, eſt materia acquiſita in matrice in generatione foetus, quae diutius eſt ſeruata, tanquam ſuperflua, in locis aliquibus iuxta cutim, poſt modum vero mota concurſu aetatis a continentibus cibis et potibus, et motibus, et quietibus, ſomno et vigilia etc. agitur a natura, vt expellatur a corpore, quare ſaepiſſime accidunt infantibus et pueris, minus vero iuuenibus, ſenibus vero nunquam. Aut enim tanto tempore latere non poſſunt, quin moueatur, aut ſi latet, adſuefit ei natura, vt non de illa curet, nec agitet illam ad motum.

Dico ergo, quod ſi medicus cito ſuccurrat, antequam variolae vel morbilli appareant, et illa cognoſcat futura per *ſigna* nota, quae ſunt dolor capitis in initio febris, rubor faciei, turbulentia oculorum, lachrymae, grauitas capitis et totius corporis, tremor in manibus, ſternutatio, pectoris aſperitas, timor in ſomno, vocis raucedo, punctio in pectore, ac ſi ibi eſſent acus infixae, tunc phlebotomet aegrum, aut ſcallpellet eum, ſecundum quod virtus et aetas conſentiunt, et ſecundum hoc multitudo ſanguinis extrahatur, et diaeta vtatur tenui,

tenui, ſicut ſola ptiſana hordei et lentibus: Sint autem lentes a cortice ſuo non lotae, ſi ventris adeſt ſtypticitas, aut ſint excorticatae, ſi ventris adeſt lubricitas. Sit autem potus vinum granatorum cum aqua, aut aliquis ſyrupus ſtypticus, et ſumat infirmus ex his trochiſcis. ℞ Pulv. roſ. rubr. ſpodii ana ℨß. boli armeni, gummi arabici, ana ℨij. ſucci berberis, ſucci ſumach ana ℨiij. ſeminis acetoſae excorticati ℨiij. balauſtiae ℨij. fiant trochiſci, quorum quilibet ſit ℨj. et ſumatur cum aliquo rob ſtyptico, aut cum decoctione alicuius ſtyptici. Doſis mane et ſero vnus ex partibus binis ante coenam; Sic enim cum auxilio Dei prohibetur euentus eorum, et febris ſanatur, aut eorum erit exitus paucus. Si vero variolae aut morbillus iam ſint, cum medicus aduenit, tunc neque phlebotomia vtatur, neque trochiſcis praedictis, ſed aer calefaciendus erit, et infirmus cum pannis calidis coopertus maneat, et eorum iuuetur exitus, quod fit cum apozemate huiusmodi. Rec. Ficuum, lentium excorticatarum, paſſularum, dactylorum ana, coquantur in aqua et colentur, et ex eo multotiens ſumatur in die, et ſi febris non plurimum moleſtat, addatur ex ſemine foeniculi et lactucae ana, cum aliis. Cum autem omnes egreſſi ſunt et maturi, tunc exſiccentur, et iuuat in decoctione eorum aqua ſalſa, cum ipſa lauantur, et ſuperaſperſio pulueris oryzae aut cum radice cannae, aut cum farina milii, quae exſiccant velociter, quando conficiuntur cum aqua roſarum, et liniuntur, et aqua decoctionis ficuum, et ſalis, et furfuris oryzae valent in hoc caſu. Cum autem ſicci ſunt, et cortex factus eſt, tunc ſaepius in die vngantur cortices cum oleo tepido cum cotto, donec omnes cortices cadant. Quod ſi ex principio variolae vel morbillus appareant nigrae, vel virides, vel liuidae et durae, fugiatur ab eis, quia mortales ſunt.

CAP.

## CAP. II.

*De praeſeruatione membrorum, in quibus eſt dubium, vt variolae accidant, et cura earum, ſi venerint.*

Dico, quod potiſſime circa tria membra nos oportet intendere, in quibus ſi *morbillus* vel *variolae* accidunt, eſt magnum periculum. Et haec ſunt *oculi*, *nares* et *guttur*. Ex eorum enim prouentu *ad oculos* perditur viſus frequenter, aut oculus albugine defoedatur. *Si* vero fiant *in naribus,* obſtruitur meatus olfactus. Quod ſi fiant *in gula*, erit ſuffocationis periculum. Praeuidemus igitur oculis cum paſſione, alias poſitione eorum, quae materiam prohibent ad ipſos decurrere, de quibus multa ſunt dicta ſuperius, verum vſitata, vtilia et experta ſunt haec, ſcilicet aqua roſ. collyrizata oculis, et maxime, quando in ea diſſoluitur ſumach aut coriandrum tritum, et quidam addunt cortices granatorum et ſimilia, imo et ſuccus eorum in oculis immiſſus eſt vtilis. Succurrimus cum gargariſmate facto ex aqua et aceto, et deglutitione eius quandoque, et non dubito, quin frigida, ſtyptica et repercutientia materias a gula ſint vtilia gargarizata, de quibus ſupra capite *de angina* eſt dictum copioſius, et eadem etiam, quae guttur praeſeruant, etiam nares praeſeruant, ſi attractio earum ſit per nares. Si autem appareant eſſe in oculis ſigna variolarum, vt puta in nigro oculi appareant, ſicut alba, et in albo eius appareant, ſicut rubeae, tunc eſt praeceptum, vt oculus aqua calida vaporetur, et deinde immittatur ex ſalmuri vel ſale aliquid. Quod ſi fiant in naribus vel ore, inungantur vnguento facto ex oleo violato, tragacantha et cera alba, Mucilago autem granorum cotoneorum, et mucilago pſyllii conferunt his, quae fiunt in ore.

CAP.

## CAP. III.

*De remotione ſignorum, quae poſt variolas remanent.*

Remanent *cicatrices* ex vulneribus vel vlceribus variolarum quandoque, ſicut ex aliis vlceribus vel ſolutionibus continuitatis, quae cutim maculis nigris foetidis deturpant. Et ego quidem dico, quod colorem ipſarum remouent vniuerſaliter illa, quae dicentur infra *cap. de decoratione cicatricum, vulnerum vel vlcerum*, et proprie, quando non ſunt concaua, et etiam valebunt multum, quae dicentur infra *de decoratione*. Sed ego quodam medicamine vſus ſum compoſito, quod eſt. Rec. Lithargyri abluti, radicum cannae ſiccae, farinae ciceris, oſſa vetuſta, farinae oryzae toſtae ana, terantur et aggregentur, et liniatur ex eis facies in nocte cum aliquo ex liquoribus, quae infra dicentur, et in mane cum aqua calida lauetur, aut in balneo, ſi eſt poſſibile.

*Concauitates* autem, quae *in cute* remanent, *poſt variolas*, ſanat cum praedictis regimen impinguatum, et nos de hoc, ſi deus voluerit, in libro *de decoratione* proprium faciemus caput.

# X.

## VALESCI DE THARANTA *)
## PRACTICA S. PHILONIVM

LIB. VII. CAP. XVII. Pag. 188. a. EDIT. VENET. 1502. f. et CAP. XVII. Pag. 380. EDIT. LVGD. 1516. 4. et CAP. XV. Pag. 609. EDIT. FRANCOF. 1599. 4.

### *De Variola et Morbillis.*

*Variolae* et *morbilli* ſunt veſicae natae ſuper cutim ex ſanguinis ebullitione, cuius ebullitionis fermentum et materialis cauſſa eſt aliqua pars ſanguinis menſtrui in aliquibus partibus vel poroſitatibus membrorum in prima generatione derelictus vel retentus**). Et hoc vltimum dico, quod pauciſſimi ſunt, ſi ſuo naturali tempore viuunt, qui euadant, quin habeant *variolas* et *morbillos*. Et quia tamen ſunt communes omnibus, videtur, quod fermentum iſtorum contrahatur a prima generatione ex ſuperfluitate vel infectione ſanguinis

*) Repetita eſt altera editio ex priori, tertia reficta et paullo liberius mutata a IO BAYERO, ſecuto editionem GVIL. DESIDERII, quam, vt illam Lugd. 1490. nunquam vidi. De reliquis cf. *Linden. Renouat.* p. 1036. *Haller.* Bibl. Chirurg. T. I. p. 163. et Bibl. Pract. T. I. p. 454. Extat etiam hoc fragmentum in Coll. *De Febribus*, p. 254. ſub nomine cuiusdam *Philonii*, temere ac imprudenter ſumto libelli nomine pro nomine viri. Fuit vero VALESCVS DE TARANTA, Luſitanus, doctor Monſpelienſis, clarus ſuo tempore medicus, maximi habitus ab CONRINGIO (introd. c. 3. p. 103.) FREIND (Hiſt. Medic. p. 305. Opp. Pariſ. 1735. 4.) et ASTRVC (v. ELOY Diction. v. *Valeſc.* p. 458. T. IIII.) propter hunc librum, obſeruationibus bonis pleniſſimum, et a. 1418. inchoatum poſt praxin 36. annorum factam. Vnde quando vixerit, ſatis liquet. Vtrum vero fuerit regis CAROLI VI. archiater, de eo dubitat ELOY l. c.

**) Leg. *derelicti retenti.*

guinis menſtrui. Nam ex puriori parte fetus nutritur, feculentia autem in poroſitatibus retinetur.

*Cauſae variolarum* et *morbillorum* quaedam poſſunt eſſe *primitiuae*, quaedam *antecedentes*, quaedam *coniunctae*. *Cauſae primitiuae* ſunt nimia alteratio aeris in ſuis qualitatibus ſolum vel ad corruptionem, vel alterationem et putrefactionem, ita, quod iſte aer corruptus et putrefactus calefacit ſanguinem et humores, et facit in eis accidere ebullitionem. Similiter ſtare diu ſub ſole. *Cauſae antecedentes* ſunt frequens repletio ciborum faciliter corruptibilium, vt ſunt lac et piſces ſimul comeſti. Similiter repletio mali ſanguinis, ſimiliter dimiſſio flebothomiae conſuetae in ſanguineis et repletis, et ſimilia. *Cauſae coniunctae* ſunt ipſamet ebullitio et calefactio in ſanguine et humoribus, et in ſanguine menſtruali, fermentante alium ſanguinem, ſimiliter et humores, et corruptio ſanguinis, et humorum ex iam dicta fermentatione procedens.

*Signa in morbillis* et *variolis* ſunt, quod antecedit eis dolor in dorſo, et accidit eis pruritus aurium vel narium propter vapores, qui eleuantur ab illa materia ad dicta membra, et adeſt timor in ſomno, quia materia eſt horribilis, et ideo fumi et vapores, qui ab ea eleuantur ad caput, faciunt timorem in ſomno, et ſentiunt punctionem in corpore, quia materia eſt quaſi venenoſa cum ſui acuitate, et aliquando grauitatem in membris ſentiunt. Adeſt rubedo in facie et in oculis cum quodam tumore. Habent etiam extenſionem brachiorum et oſcitationes, et dolorem capitis. Et apparet primo parua rubedo, deinde fiunt paruae eminentiae, ſicut granum milii, deinde creſcunt et fiunt paruae veſiculae, plenae aquae, vnde deinde incipiunt deſiccari, et fiunt, ſicut puſtulae et cruſtae, poſtea cadunt. Et quando ſunt manifeſtae, accidit raucedo vocis et conſtrictio anhelitus, et anguſtia in

 toto-

toto corpore, et dolor in gutture, et in pectore, et in gingiuis.

*Iudicia in variolis.* Primo variolae, quae cito apparent, ſunt ſalubriores, quia fortitudo virtutis cito expellentis arguit cum obedientia materiae. Secundo variolae quanto pauciores, dummodo infirmi bene gubernentur, tanto meliores, quia paucitas corruptae materiae indicatur. Tertio variolae, quae cito maturantur ſine magna anguſtia, ſunt ſalubriores, maxime ſi febris recedit cum earum aperitione*). Item albae ſunt bonae, quando ſunt paucae, et non continuantur ad inuicem. Nam ſi continuantur ad inuicem, ita, quod faciant vnam cruſtam, tenentes magnum ſpatium, ſunt malae. Ita etiam duplices, ſ. quando in ventre vnius alia reperitur. Quarto variolae rubeae ſunt meliores, quia ſanguinem ſignant. Illae autem, quae tarde apparent, et tarde maturantur, et quae habent colorem nigrum vel viridem aut violaceum, nimiam aduſtionem aut mortificationem ſignant, ideo malae. Quinto dicit Avicenna, quod variolae ſunt, ſicut vnus modus criſis. Sexto ſecundum Avicennam variolae vtplurimum accidunt infantibus, deinde iuuenibus, raro autem ſenibus, et frequentius humidis plus, quam ſiccis, et plus in vere, quia virtus eſt fortior. Etiam in fine autumni propter comeſtionem fructuum et temporis inopportunitatem. Tunc etiam mortalitates frequenter inuadunt, quas vtplurimum antecedunt variolae et morbilli. Septimo *morbilli* minus accidunt in oculis, quam *variolae*, quia oculi ſunt rarae ſubſtantiae, et materia morbillorum eſt ſubtilis, et euaporabilis, et ſic cito exterius euaporat per raritatem oculi. Octauo dicit Avicenna, quod morbillus nihil aliud eſt, niſi variola colerica, et non eſt alia differentia, niſi quia materia morbilli eſt colerica, et ideo eſt minoris quantitatis, et ideo non mul-

*) Leg. *apparatione.*

multum eleuatur ſuper cutim, nec profundatur infra, et ideo eſt maior inflammatio et maior anguſtia, et oculi magis lacrimantur, dolor tamen dorſi eſt minor, quia in ea non eſt tanta repletio, ſicut in variolis, quia in variolis impletur vena ſanguine, quae vadit per dorſum corporis.

*Curatio variolarum* et *morbillorum.* Primo ponantur aliqui canones generales. Primus eſt, AVICENNA in ſententia, quia variolae non ſolum accidunt in cuti et in parte exteriori, immo etiam in partibus interioribus et in omnibus membris ſimilium partium apparentibus et occultis, ideo dictis membris interioribus, aliqua ſubuentio eſt adhibenda. Secundus eſt formaliter AVICENNA in ſententia, et conuenientius, quod in hac adminiſtratur aegritudine, eſt flebothomia. Tertius eſt AVICENNAE, propterea quod flebothomia retrahit illud, quod exterius expellitur ad intra, ideo poſt tres dies inceptionis aegritudinis eſt dimittenda. Quartus, opus, vt patiens bene cooperiatur et elongetur ab eo aer frigidus, quia poros opilat, et exitus eorum retardat. AVICENNA ibidem. Quintus, non tangat eorum corpora oleum, aliquo modo faciendo inflammationem et pororum clauſionem. Sextus, ſi ex nimia coopertura accidit ſupercalefactio aut ſincope, et non eſt excuſatio, quin detegatur vel exponatur aeri minus calido, illud debet fieri paulatim, et non ſubito. Septimus, quando variolae vel morbilli incipiunt exire et apparere, et non reperitur propter hoc alleuiatio, immo lingua inuenitur inflata, decliuis ad nigredinem, tunc caue, ne calefacias. AVICENNA expreſſe in capite proprio. Octauus eſt AVICENNAE ibidem. Oportet, vt alienes ab illis, qui habent variolas et morbillos, emplaſtrationem, maxime emplaſtrorum frigidorum et ſtipticorum, et ventris et aliorum membrorum, propter timorem conſtrictionis anhelitus ſubito, et

ne materia retrocedat, et caue, ne accidat fluxus ventris vel mictus ſanguinis. Nonus, quamuis repercuſſiua vel ſtiptica exterius applicari non debeant, tamen circa oculorum vel inteſtinorum protectionem iſta regula non eſt obſeruanda. Decimus, ſi poſt ſigna variolarum vel morbillorum exitus retardetur, danda ſunt, quae accelerant eorum exitum. Vndecimus, eſt cauendum, ne veniant in fluxu ventris, quia iſta materia corrodens et venenoſa eſt, et ſi currat ad ſtomachum vel inteſtina, vulnerabit et excoriabit ea, et ad interitum reducetur aeger.

*Cura particularis variolarum et morbillorum.* In primo iuxta tenorem ſecundi canonis, quando apparent ſigna variolae vel morbillorum, tunc fiat flebothomia de baſilica, repletione ſanguinis apparente in prima vel ſecunda die, vel in tertia, ante apparitionem variolarum, et poſt nequaquam. Deinde inuoluatur in panno laneo de perſico vel ſaltem rubeo, vt per viſionem panni rubei ſanguis ad extra moueatur, et ſic teneatur in calore non ſuperfluo iuxta tenorem ſexti canonis. Et ſi bene non exeunt, et habent anguſtiam, dentur illa, quae faciunt ebullitionem, et aperiunt opilationem, ſicut eſt feniculum, apium cum zuccaro et decoctio radicis et ſeminum iſtorum cum ficubus et melle. Et pro cibo detur hordeatum et auenatum in potu aqua hordei. Et volunt omnes, quod iſti vtantur caricis, quia habent proprietatem propellendi materias malas ab interioribus ad exteriora. Et cum hoc dicitur, quod aperiunt opilationes epatis et ſplenis, et vtatur feſticis et lentibus in duabus aquis cum oleo vel pulla coctis, fiat talis potus. R. caricis numero 15. piſtacearum ℥ij. ſeminum feniculi et apii, et laccae ān. ℥iij. lenticularum ſine cortice ℥j. et ß. gummi dragaganti ℥ß. roſ. rub. ſandali, ſpodii, ſeminum citoniorum, ān. ℥ß. Coquantur in

8. ℔.

8. ℔. aquae ad tertiam, detur mane et ſero. Ad finem co-ctionis pone croci ℥iij. Interius ſecundum GERARDVM CREMONENSEM ſumatur oxizacara et zucarum roſarum, quia extinguunt ebullitionem et ardorem ſanguinis, et materiam exterius expellunt. Et hoc etiam confirmatur per AVICENNAM. Et detur rob de ribes et de acetoſa, et rob de agreſta, et aqua fructuum acetoſorum, et rob de piris et de citoniis. Iſta enim ingroſſant et infrigidant ſanguinem, et prohibent ipſum ab ebullitione, et tuentur ſtomachum et inteſtina. Et ad idem valent lentes tertiae decoctionis, abiectis primis et ſecundis aquis, et fiant acetoſae cum aqua granatorum, et ſumach, et ſimilibus, et ſumatur pro cibo, vt materia trahatur ad extra, et in interioribus non accubet. Et vt variolae cito appareant, GERARDVS CREMONENSIS iubet linteamen madefieri in ſucco feniculi et apii tepidis, et aegrum in eo inuolui. Et AVICENNA ponit iſtam medicinam. ℞. Laccae ablutae ℥vj. lentium excorticatarum ℥viij. gummi dragaganti ℥iij. decoquantur in media ℔. aquae, donec redeat ad quartam partem librae, et detur in potu, vt membra tueantur a nocumento videlicet variolarum et morbillorum. *Oculus* defendatur ſic. Licium et acaſſia, et crocus ān. ℥j. camphor. ℈ij. diſſoluantur in aqua roſarum, et frequenter cum pluma oculis inſtilletur. Si iam forte in oculo apparet aliqua veſicula et rubedo, intus ponatur collirium album, quod iam fuit dictum in *ſecundo libro cap. 2. de ophthalmia.* Et dicit AVICENNA, quod oleum fiſticorum valet multum poſt variolas et poſt aduentum nocumenti in oculo, et rectificat oculum. *Gutturis* et *oris* nocumenta tueantur cum collutione facta cum diamoron, cum aqua hordei calida mixto. Et ſi *in gutture* ſentitur dolor, bonum eſt, quod ſumat lambendo diamoron et de moris in ſuo tempore, et ſu-

mat

mat ſuccum granatorum in ſuo tempore, et ſimilia. *In nares* autem intromittatur ſuccus menthae cum ſandalis et rob de agreſta, et aceto, et odorare acetum ſolum eſt magni iuuamenti ſecundum AVICENNAM. *Pulmo* iuuatur cum diapapauer. et ſi ibi iam ſit laeſio et raucitas, recurre ad *capitulum de raucedine*, et coquantur liquiritia, iuiubae, ſebeſtis et caricae in aqua, et addito dragaganto. Gargarizet, et paulatim deglutiat de aqua illa. Sumat etiam de lacte caprae tepido, dummodo non impediat febris. *Inteſtina* tueantur cum citonio cocto ſub prunis, et ſumpto cum zuccaro vel cum citoniorum. Et ſi incipit *fluxus ventris*, reſtringatur, ſicut dictum eſt in ſuis cap. in lib. IIII.

Poſtquam autem variolae exiuerunt perfecte, et iam tranſierit ſeptimus dies, et apparent iam matura, tunc ſecundum AVICENNAM et ſecundum alios autores medicinae neceſſe eſt, vt rumpantur cum acu auri, et auferatur humiditas. Per hoc enim aeger alleuiatur, et humiditas corrupta expellitur, ne caro ab ea corrodatur et corrumpatur, et ne foueam in ea dimittat. Aliquando ſcinduntur cum forpicibus capita eorum, ne iterum claudantur. Deinde fiat ſinapiſma cum ſale et puluere lentium, et fabarum, et orobi, et litargiri, et ceruſa, et de iſto puluere adſpergatur in lecto eorum. Hoc autem documentum eſt contra opinionem omnium laicorum, qui nolunt, quod perforentur. Et iſtius opinionis laicalis fuit autor *de proprietatibus rerum* *), qui dicit ſic: *Caueat autem nutrix vel medicus tam paruulo, quam adulto, ne talium puſtularum i. variolarum veſiculae nec propter pruritum, nec propter aliud rumpantur ſeu aperiantur, maxime circa faciem. Quod ſi perforentur variolae, perpetuis temporibus veſtigia apparebunt.* Et eſt opinio propter cauſas iam dictas.

*Veſtigia*

*) i. e. *Barthol. Anglicus*, de quo vid. Cl. *Carrere* Bibl. Litt. T. I. p. 154.

*Veſtigia variolarum* ſic remouentur. Primo poſt exſiccationem earum vtatur patiens regimine impinguatiuo, vt foueae carne impleantur. Iſtas medicinas ponit Avicenna ad remouendum dicta veſtigia. Primo radix cannae, ſarcocolla, ſem. melonum, riſum ablutum, aqua hordei, albumen oui, creta et lutum armenum, litargirum, zuccarum tabarzet, et de oleis eſt oleum de lilio, oleum de fiſticis, adeps aſini cum oleo roſarum, et vere valet oleum balſami. Et dico, quod valet oleum, quod eſt contra paraliſim, et valet omni *cicatrici* et ad remouendum dicta veſtigia. Et eius recepta ſcripta eſt in *ſexto lib.* huius in *cap.* 4. *de gomorrea.* Et valet ſpuma maris, quia lenit et abſtergit, et valet in antiquatis coſtus et ſal armoniacum, et thus, et ſapo, et baurach, et oſſa vetuſta combuſta, ſemen rafani, et farina rafani exſiccati, et ariſtolochia, et lupini. Ex iſtis fiant trociſci aut vnguenta etc. Et fiat tale magiſterium, omni die aliqua iuuenis perſona anhelet in facie illius, cuius veſtigia volumus remouere, et capita amborum ſint vno linteamine duplicato cooperta, et anhelet, donec facies ſudet. Et tunc accedat barbitonſor, et applanet *foueas* in radendo, ac ſi vellet radere pilos barbae. Aliqui hoc faciunt cum fruſto cannae, et fit hoc ſaepe. Et aliquando intrent balneum, et quando vis abluere faciem, diſſolue in aqua amydum et riſum fractum, et ablue cum illa aqua. ℞. rad. ſerpentariae ℔j. fabarum ℔ß. ſucci ſaponariae quartis j. aquae roſ. quartis j. diſtemperentur et diſtillentur, et cum illa aqua liniatur facies frequenter. ℞. axungiae aſini, et ſi non habes, axungiae gallinae ℥j. dragaganti, gummi arab. florum fabarum ān. ℥j. et ß. Fiat decoctio in aqua furfuris, et cum illa ablue faciem, quando volueris illa medicamina remouere. Hoc vnguentum ponit Rasis. ℞ litargiri nutriti, rad. arundinis ſiccae, oſſium vetuſtorum aduſtorum,



fari-

farinae cicerum et riſi, ſem. melonum mund. been, coſti ān. ℥j. Omnia puluerizata cum muſcillagine fenugraeci et ſem. lini incorporentur, et facies liniatur et epithimetur, et in craſtinum cum aqua ſupra dicta lauetur.

*Declaratio in variolis.* Primo quaeritur, a quo humore variolae vtplurimum generantur, ſanguine, vel colera, et videtur, quod a colera, quia dicit Avicenna, quod variolae generantur per viam ebullitionis, ſed colera eſt maioris ebullitionis, quia calidior et mobilior, ergo etc. Oppoſitum dicit Avicenna, et omnes autores, et probatur ratione. Omnis morbus, qui magis ſequitur febrem ſanguineam, magis fit ex ſanguine. Sic eſt de variolis, ergo etc. Conſequentia patet, et minor probatur *per Viaticum*, qui dicit, quod variolae ſunt ex accidentibus, ſynochum concomitantibus. Pro iſto dubio intellige, quod variolae generantur per viam ebullitionis ſanguinis fermentati a reliquiis nutrimenti fetus in matrice. Quae quidem reliquiae remanent in poroſitatibus membrorum vel mixtae cum humiditate radicali vel fluente. Et quando natura fortificatur vel ex qualitate aeris, vel ex influentia adiuncta; mouet illas ſuperfluitates et ſanguinem maſſae ſanguinariae calefaciendo et miſcendo ad inuicem. Et in iſta ebullitione mittitur ſanguis corruptus ad ſuperficiem cutis, et fiunt *apoſtemoſae veſicae.* Si autem in iſta materia mala abundet phlegma, fiunt maiores variolae, molles, et latae, et albae: Si ſanguis, fiunt rubeae, non ita latae: Si magis abundet colera, fiunt *morbilli*, quia ſecundum Avicennam *morbilli ſunt variolae colericae.* Et per hoc patet reſponſio ad quaeſtionem. Sed tunc, quid dicendum ad Gal. *V. paſſion.* qui dicit, quod omnes iſtae generantur ex phlegmate, maxime falſo. Ad hoc dicen-

dicendum, quod variolae ſunt in duplici differentia. Quaedam ſunt rubeae et non latae, ſed ſtrictae, et iſtae propriè dicuntur *variolae*. Aliae latae et albae, et iſtas vocat GALENVS ibidem *turbedo* propter magnam turpitudinem, quam in faciem hominum inducunt. GALENVS ibidem in fine capituli. Et iſtae veniunt cum pruritu, et de iſtis intelligitur GALENVS, quod fiunt a phlegmate ſalſo, et non intellexit de illis primis, nec de morbillis.

Secundo dubitatur, quomodo tu dicis, quod variolae generantur ex ſanguine menſtruo, quia dicit CONSTANTINVS in *Pantechni*, quod fetus nutritur in vtero ex puriſſimo ſanguine, *variolae* autem ex groſſo et feculento ſanguine generantur. Dico, quod variolae ex reliquiis ſanguinis menſtrui generantur. Vnde ſanguis, qui venit ad matricem, ad nutrimentum fetus habet duas partes. Quaedam ſunt rarae, et clarae, et purae, et de iſtis nutritur fetus in maiori parte. Aliae ſunt groſſae et feculentae, impurae, et iſtae latitant in locis dictis, et poſt tempus ebulliunt et putrefiunt, et cauſant variolas, et mouendo ſecum aliquas partes maſſae ſanguinariae, exiſtentes in corpore, et vicinas ei etc.

Tertio quaeritur, vtrum variolae ſemper contrahant ortum a ſanguine menſtruo, et non aliunde. Et probatur, quod ab aliis poſſint prouenire, quia variolae ſecundum AVICENNAM ſequuntur ebullitionem ſanguinis et putrefactionem eius. Sed iſta poſſunt fieri in ſanguine ſine ſanguine menſtruo, vt patet in ſynocho et in flegmone, igitur etc. Secundo variolae ſunt de accidentibus ſequentibus ſynochum. Modo ſynochus poteſt fieri ſine putrefactione ſanguinis menſtrui, igitur. Conſequentia tenet, et antecedens patet per *Viaticum*. In oppoſitum eſt CONSTANTINVS *in VIII.* ſuae *theoricae* in *cap. de variolis*, qui dicit, quod ſem-

per trahunt ortum a ſanguine menſtruo Ad hoc dicendum praenotando cum Galeno *VI. de inter. c. VI.* qui ad intrinſecam pelliculam matricis terminantur venae procedentes a vena concaua epatis, et per iſtas venas fit attractio ſanguinis ad matricem, vt per illum ſanguinem fiat fluxus menſtruorum, vt inde fetus nutriatur in tempore impraegnationis. Nam in iſta ſuperficie matricis intrinſeca et in capitibus, et in orificiis venarum iſtarum terminatur vmbilicus, per quem tranſit ſanguis dictus ad nutriendum fetum. Vnde iſte ſanguis habet duplices partes, vt dictum eſt. Quaedam ſunt puriores et pure ſanguis, aliae ſunt minus purae et verum menſtruum. De primis nutritur fetus, de ſecundis vero non. Sententia eſt Averrois *c. de menſtruis*, vbi concludit, quod fetus nullo modo nutritur ex menſtruo, ſed ex ſanguine puriſſimo. Et tunc dico ad dubium, quod variolae initiatiue fiunt a ſanguine menſtruo, et coadiuuatiue ab alio ſanguine putrefacto per ebullitionem, ita, quod illae reliquiae ſanguinis menſtrui, iacentes in poroſitatibus membrorum, dant fermentum et cauſam ebullitionis, et putrefactionem aliis partibus ſanguinis. Et ſic natura fortis expellit exterius, et facit illas veſicas et apoſtemata. Et ſic intelligit Avicenna et Constantinvs, quia non eſſet praeſumendum, quod tot humores, et ita generaliter, haberent variolas, niſi aliquod generale fermentum a prima generatione contraherent. Secundo ſequeretur, quod ſi a ſola ſanguinis putrefactione et ebullitione ſine fermento ſanguinis fierent variolae, ſequeretur, quod, quotieſcunque eſſet putrefactio et ebullitio in ſanguine, fierent variolae. Antecedens eſt falſum, quia in ſynocho et flegmone non fiunt. Tertio ſequeretur, quod pluries, quam ſemel, homines hac infirmitate aegrotarent. Conſequens eſt falſum, ſi bene gubernantur etc.

Quarto

Quarto dubitatur, ſi variolae vni indiuiduo bis aut amplius poſſint accidere. Sine argumentis dico, quod ſic, quia poſſibile eſt, quod in vna vice natura expellat calefaciendo ebullitione vnam partem illius ſanguinis menſtrui, et alia vice reſiduum, et ſic bis aut amplius faciet variolas et morbillos. Verumtamen hoc accidit raro, quia quando natura nititur expellere, illam totam vna vice expellit, niſi natura ſit debilis aut malum regimen intercedat, vt quia ſe expoſuit aeri frigido, non ſe cooperiens diligenter, aut quia comedit carnes groſſas aut piſces beſtiales. Omnia iſta diſturbant digeſtiuam et expulſiuam a ſuis operationibus. Dictum tamen commune, quia vix amplius vna vice per iſtam aegritudinem aliquod indiuiduum moleſtatur.

Quinto nota, quod in variolis eſt maior dolor in ſpina dorſi, quam in morbillis. Et ratio eſt, quia ille dolor dorſi eſt ratione materiae contentae in vena *Kili* *), quae extenditur ſecundum longitudinem dorſi. Nunc autem maior repletio in variolis, ergo maior dolor. Et haec ſententia Avicennae.

Sexto ſcias, quod ficus habent in ſe virtutem lenitiuam, et leniendo dilatant membra pectoralia, et ipſa aptant ad anhelitum. Secundo habent virtutem et proprietatem expellendi materiam ab interioribus ad exteriora. Ideo in vtentibus faciunt multos pediculos, et iuuant ad exitum variolarum, et ſic ponit Avicenna etc.

*) i. e. cauſa.

## XI.

# IOANNIS DE CONCOREGIO *)

## SVMMVLA DE CVRIS FEBRIVM

FOL. 98. a.

### *De Variolis et Morbillis.*

Pro finali complemento huius operis reſtat ponere *curam variolarum* et *morbillorum*, quae duae diſpoſitiones ſ. variolarum et morbillorum communiter omnibus eueniunt, et maxime in pueritia vel infantia, licet, ſed raro, adoleſcentibus et prouectis eueniant, ſed rariſſime in ſenectute. Et euentus ipſorum vtplurimum eſt in vere, aeſtate vel autumno, et rariſſime in hieme. Multiplicantur autem praecipue variolae, et ſic ad experientiam viſum eſt in anno, qui praecedit peſtilentiam futuram de proximo. Et eſt, tanquam ſignum pronoſticum eius, quando vltra conſuetum eueniunt. Et licet etiam in omni anno poſſint euenire, ſed non multiplicantur, nec ſunt tanti periculi, ſicut in anno peſtilentiam praecedente. Variolae enim cum apparent ad extra, ſunt puſtulae rotundae, paruae, ad magnitudinem ciceris vel parui lupini, et tunc, cum magnificantur, non ſic corpus replе-tur

*) *Practica noua medicine Ioannis de concoregio Mediolanenſis: Lucidariū et flos florum medicine nuncupata, Summula eiuſdem de curis febrium ſecundum hodiernum modum et vſum cōpillata: nouiſſime recognite infinitisque erroribus caſtigate. Venet. ſumtibus heredū Scoti.* 1515. f.„ *Coepta eſt rogatu diſcipulorum, quantum ex praefatione patet, poſt annum* XXXIII. *lecturae in ſtudio Bononienſi, continuata in aliis Italicis literarum vniuerſitatibus, et finita a.* 1438. *in Papienſi. Vtrum vero hoc anno mortuus ſit, vt* KESTNER (*Medic. Gelehrt. Lexic. p.* 213.) *et* ELOY *Diction. Hiſt. de la Medec. T. I. p.* 695.) *ſtatuunt, non ſatis liquet. Fuit vero Mediolanenſis, et clariſſimus ſuo tempore profeſſor. Editiones l. c. nominantur.*

tur ex eis, et vocantur *variolae* vtplurimum. Tamen ſunt in principio cum obſcura rubedine. Cum autem maturantur, albeſcunt, quia in eis alba virulentia generatur. Et *cauſantur* et fiunt hae praedictae *variolae* ex ſanguine menſtruali, ex quo nutritus eſt embrio in vtero mulieris, qui ſanguis in venis eorum eſt reſeruatus, et ſic in certo et determinato tempore a natura vtplurimum vnico periodo ad cutim expellitur. Et ſic variolae cauſantur et fiunt. Quod autem plus in vno, quam in alio reſeruetur, eſt nobis obſcurum. Et hi tales non abſoluuntur a febre ex ſanguine dominante, ſed variolas ſemper praecedit et ſequitur.

Sed *morbillus* apud Mediolanenſes dicitur *ſoferſa*, apud alios dicitur *roſagia*, et eius cauſa eſt etiam materia reſeruata, dum fetus erat in vtero mulieris colerica et ſubtilis, non faciens puſtulas, propter ſubtilitatem ipſius, cum ad cutim expellitur, ſeu aſperitatem quandam inducit in cuti cum rubedine clara admixta citrinitati cum maiori pruritu, et febris magis acuta, quae etiam prouenit in morbillo. Ex his enim apparet, quod morbillus citius terminatur atque manifeſtatur in cuti, quam ipſae variolae, propter diuerſitatem materiae in groſſitie et ſubtilitate, et maiori et minori caliditate, a quibus morbillus et variolae proueniunt. Et ſic etiam ſecundum diuerſitatem temporum anni in calore, frigore, *variolae* citius vel tardius exeunt. Et ſic etiam euenit de *morbillo*, ſemper tamen, vt dictum eſt, febris variolas praecedit per aliquot dies, et morbillum ſimiliter, ſed non tantum, vt ex dictis clare comprehenditur et diſcernitur.

Diuerſificatur autem *cura variolarum* ſecundum diuerſa tempora euentus ipſarum et ſecundum diuerſitatem aetatum, in quibus eueniunt. Nam ante apertionem ipſarum, exiſtente tamen febre, et in corpore forti atque robuſto et decentis

centis aetatis, praemiſſa lenitione ventris cum lenitiuo cliſteri, eſt licitum et conueniens, talem taliter patientem de brachio dextro flobotomare de vena baſilica vel communi ad quantitatem ℥vj. et vltra cum ſecundatione de die, ſi corpus eſt forte et abundans in ſanguine. Et ſi poſt flobotomiam in die ſequenti puncturae variolarum vel ipſarum rubedo vel puſtulae non apparent in cuti, lenitiuum factum ſolum ex caſſia vel ex manna omnino concedimus, ſequente lauatiuo cliſteri, ſuperius pluries connotato, in hora et tempore ſuo. Doſis autem caſſiae in aetate perfecta eſt vſque ad ℥ij. et mannae ſolius eſt vſque ad ℥iij. Diſtemperari autem debent cum decoctione communi recenti, cui decoctioni in hoc caſu ſemper de tamarindis addatur vſque ad ℥j. Si autem flobotomia fieri non poteſt propter defectum aetatis vel propter debilitatem virtutis ſeu ex cauſa alia, quia infirmus eam conſentire non velit, et non apparentibus adhuc veſtigiis variolarum, ſed ſola febre exiſtente, expedit tali patienti caſſiam vel mannam eodem modo diſtemperatam concedere et exhibere in doſi conuenienti ſecundum aetatem, virtutis et potentiam, derelinquo exiſtimationi periti medici. Et ſi infans variolas expectans lac ſugeret, ita, quod medicinam lenitiuam vel aliam aſſumere non valeret, nutrici decoctum lenitiuum omnino exhibeatur, ſicut patienti variolas daretur, ſi eſſet in aetate perfecta. Et ſic eodem modo regatur in omnibus nutrix, ac ſi ipſa propria pateretur. Conditiones autem plures recitatae ſuperius de vſu flobotomiae et pharmaci lenitiui omnes plenarie obſeruentur, ne errare contingat. Et ſit omnium praedictorum expectantium variolas praedictas, ac etiam nutricis diaeta tenuis et non groſſa, tendens ad frigidum, cuius oppoſitum vulgares communiter tenent.

Eſt

Eſt ergo conueniens eis cibus panis lotus, ptiſana candaraſum et poma cocta, ac etiam pulla parua alterata cum lactuca vel agreſta, ſi virtus eſt debilis, vel oua ſorbilia in aceto decocta, et aues paruae, vt allaudae et perdices, conueniunt iu caſu praedicto. Et confectio manus Chriſti ſeu cucurbita confecta eſt conueniens eis. Et vinum ſit granatorum, quod bibunt in prandio et in coena, vel vinum paruum et aquaticum bene limphatum, aqua autem ordei et aqua ſimplex decocta cum çucharo et iuleb roſato cum aqua permixtum iam cibo digeſto pro ſiti extinguenda et pro aliquali remiſſione caloris conueniunt iſtis ſemper, antequam variolae vel ipſarum veſtigia manifeſtentur ad extra. Et in hoc habeatur diligentia et cautela, ne contingat errare in omnibus ſupra dictis. Nec eſt conueniens vſque ad illud tempus, vt multum pannis cooperiatur infirmus, ſicut communiter ſit, ſeu ſuperflue calidus teneatur, ne febrilis caliditas augeatur et creſcat. In hoc enim mulieres et alii imperiti ſtatim, cum febris ſuperuenit abſque variolarum apparitione, tales cum multis pannis cooperiuntur, et ſic ipſos remanere cogunt, vt ſuperflue calefiant, quare febris, anguſtia et alia accidentia ſceua exinde proueniunt, vnde ſaepe ſequitur mors. Sufficit enim, vt ſufficienter et temperate calidi teneantur, ſicut alii febrientes, vel modicum plus vſque ad tempus aparitionis variolarum. Et a frigore ſibi caueant, et ab accidentibus animae, ne laedantur ab eis, et ab omni etiam, quod inflammat. Et ſi expedit, vt venter lubricus teneatur, ne feces exſiccentur in inteſtinis, tunc fiant cliſteria lenitiua, facta ex aqua ordei, puluere çuchari, vitello oui, oleo violato et modico ſalis. Et ſic etiam fiant ad eandem intentionem ſuppoſitoria non acuta, ſolum ex melle et modico ſalis. Et hoc eſt *regimen variolarum* in omnibus obſeruandum *ante apparitionem* ipſarum.

Sed cum iam *apparere inceperint variolae* vel puncturae, ſicut pulicum, cum rubedine quadam, abſtineat a flobotomia in totum, ac etiam a quacunque lenitione, facta cum caſſia vel cum manna deſiſtatur omnino. Sed ſi expedit, fiat cliſtere iam dictum, et iteretur, ſi venter nimium exſiccatur, vel ſaltem cum ſuppoſitoriis procedatur. Et a regimine frigido etiam caueatur tam cibi, quam potus, quam etiam aeris, immo etiam potius verſus calidum tendat ſubtiliatiuum et aperitiuum, et prouocatiuum materierum ad cutim, talem patientem vltra ſolitum cooperiendo cum pannis, et maxime rubeis, quia proprietatem habent in attrahendo materiam variolarum ad exteriora cutis. Sic enim remittitur ebullitio magna, quae intrinſecus eſt in ſanguine, per expulſionem eius ad extra. Ebullit enim materia variolarum in venis, ſicut muſtum et ſucci fructuum in tempore ſuo, in tali ebullitione ſuperfluum reſeruatum, et aliud, quod eſt malum, ad cutim expellitur. Quod ſi non expelleretur ad extra, *puſtulas variolarum in membris intrinſecis* cauſaret, vt in epate maxime et in ſplene, et in aliis membris eodem modo, ſicut in extrinſecis euenit. Et cum hoc toto creditur et tenetur, quod etiam *intrinſecus* aliquae *puſtulae* fiant, quod maxime manifeſtatur in faucibus, in gutture et in lingua. Quare cum omni ingenio praedicta materia eſt ad exteriora trahenda, et vt ſic, cum natura iam ipſam expellit, frigus ad extra prohibeatur, ne poros oppilet, et materiam ad interiora recurrere faciat. Solum enim expedit et eſt neceſſarium etiam a principio febris, et ſic continuando poſt ipſarum apertionem et ante, vt *oculi* praeſeruentur *a puſtulis variolarum*, ne in eis eueniant. Illos cum aqua roſarum ſaepe balneare, immo etiam petias madefactas in ea ſuper ipſos apponere, vel lac mulieris ſuper ipſos exprimere. Similiter etiam expedit intus ad *nares* inſiſtere cum eadem aqua roſarum; Sic enim prohibetur, ne puſtulae in

eis

eis eueniant. Zucharum autem roſatum diſtillatum in aqua ordei et ſaepe gargariçatum et ſolidum ſuper lingua retentum ante variolarum euentum ipſas puſtulas prohibet generari in lingua, faucibus et palato. Et decoctio ſumach cum granatis et roſis idem efficit ſaepe gargariçata.

Poſt praedicta narrata vertatur intentio continue ad prouocandum materiam talem verſus cutim, ſumendo ſemper de hac confectione vacuo ſtomacho ab omni cibo. ℞ Paſſularum, liquiritiae, iuiubarum, capillorum veneris, lentium, dragaganti, feniculi, dactylorum ſine nucleis, violarum, ficuum ſiccarum, laccae ana partes aequales. Fiat omnium completa decoctio in aqua ordei, cui poſt decoctionem addatur modicum croci. De qua ſumat infirmus maxime de mane et ſero, et de nocte ſimiliter. Hoc enim eſt valde conueniens, ſi caliditas non eſt multum acuta, mordax et exceſſiua, inducens anguſtiam magnam in patiente. Si autem caliditas eſſet ſuperflua exceſſiua, ſyrupum violatum ſumat cum hac decoctione. ℞ Paſſularum, liquiritiae, feniculi, violarum, ficuum ſiccarum, iuiubarum, cum modiciſſimo croci, Et aqua capillorum veneris diſtillata per ſe ſola eſt vtilis et iuuatiua, et ſi in ea addatur modicum croci, vigoroſius operabitur. Syrupus etiam de liquiritia cum praedicta decoctione etiam iuuat et confert. Et omnia pectoralia generaliter competunt et conueniunt ad prouocandum materiam ipſarum variolarum ad cutim: Pectus enim plus laeditur in variolis, quam alia membra, quia ſibi plus communicatur talis materia, vel ſaltem vapores et fumi, qui eleuantur ab ea. Quod ſi infirmus non ſit talis aetatis, quod praedictas decoctiones aſſumere poſſit, quia eſt infans et lactens, nutrici ſecure omnia praedicta exhibeantur, vt lac, quod ſugit, ſit magis proportionatum ad intentionem, quae quaeritur de prouocatione fienda. Inunctiones autem eis omnes prohibeantur omnino, ſaluo, ſi vermium multitudo ad-

eſſet in ventre, ita, quod periculum mortis adducerent; Tunc enim licet ventrem inungere cum inunctionibus conuenientibus, poſitis in cura febrium peſtilentialium, eligendo magis temperatam ex eis. Et ſi expedit, etiam fiat cliſtere ex lacte et aqua ſiliginis.

Cum autem *puſtulae variolarum totaliter* ad exteriora *exierint*, et cum hoc etiam *ad maturitatem* deuenerint, ſi perſequatur cum rebus prouocantibus, ſed cum regimine temperato. Cognoſcitur autem, quando puſtulae hae ſunt maturae et complete digeſtae, ipſarum albedine et lenitate, et quod etiam febris remittitur, immo quaſi ceſſat in totum. Tunc enim eſt conueniens et regulare, tales puſtulas cum acu vel alio inſtrumento acuto pungere et aperire cum leuitate, et maxime in facie et in manu, vt aqua ſeu virulentia, quae in ipſis continetur, per ſe egrediatur. Sic enim talis patiens praeſeruatur a *veſtigiis* turpibus, quae remanent vtplurimum, ſi non debito tempore aperiuntur, propter corroſionem, quam facit humiditas illa, ſi remanet in puſtulis illis. Cum hoc etiam cuſtodiatur infirmus, ne ſe ſcalpet cum vnguibus, ne exinde *cruſtae* eueniant, quantum poſſibile eſt, et maxime in partibus faciei. Sic enim variolae curantur integraliter, et ipſarum perficitur cura. Auctores tamen medicinae praecipiunt poſt ipſarum apertionem, vt corpus aſpergatur cum aqua ſalita et modico croci, vt citius puſtulae exſiccentur et virulentia iſta, et ſic ad priſtinam ſanitatem facilius reducantur. Sed talis aſperſio aquae ſalitae non habetur in vſu, quia poſt ipſarum apertionem per ſeipſas conſolitantur etc. Vulgares autem ignorantes ſaepe prohibent apertionem illarum, et in hac errant, vt dictum eſt, quia citius curarentur, et ſine remanentia veſtigiorum.

De

*De cura morbillorum.*

*Morbillus* autem curatur vtplurimum abſque flobotomia, cum eius cauſa ſit materia colerica, ſubtilis, in venis ebulliens. Conueniret tamen, ſi infectio eſſet a ſanguine cum hoc etiam fortiter admixto cum colera. Sed lenitio ventris eſt omnino neceſſaria ante apertionem ipſius cum caſſia vel cum manna, diſtemperata cum decoctione communi recenti, additis tamarindis in ea, vt ſupra dixi. Et *regimen* iſtorum in principio tendat ad frigidum, nec etiam multis pannis cooperiatur. Et breuiter concludendo, talis eſt regendus in omnibus, ſicut de variolis particulariter dictum fuit, ſaluo, quod non expedit in morbillis puſtulas aperire, nec etiam cum aqua ſalita lauare, cum ibi non ſint puſtulae, quae debeant aperiri, ſed ſola quaedam aſperitas demiratur in cute, cum rubedine admixta citrinitati et cum magno pruritu. Eſt ergo vtilis leuis fricatio, facta per totum cum panno laneo rubeo, quando aegritudo verſus declinationem deuenit, vt talis materia ad cutim expulſa facilius reſoluatur. Nec eſt expediens in cura morbilli ad multum calida, ſubtiliatiua ſeu materiae prouocatiua deuenire, ſicut eſt expediens in variolis. Sic ergo perficitur cura morbilli.

## XII.

## PETRVS HISPANVS *).

### *De Variolis.*

Variolas volens ſanare debet prius laborare, vt omnes exeant cito. Et ad hoc ℞ ficus ſiccas et farinae lentium mundatarum



*) *Theſaurus Pauperum viri cuiuſpiam de medica materia quam optime meriti: quem non pauci Ioanni quondam Pontifici Maximo attribuunt, tametſi non deſint, qui eum Petri Hiſpani eſſe dicant* — 1530.

datarum ān. ʒx. laccae, dragaganti ān ʒvj. Coquantur in V. libr. et ſemis aquae vſque ad ℥iiij. cola et mitte ℥j. croci, et da bibere ante cibum et hora dormitionis, donec omnes exierint, et tunc ceſſa. Expertum eſt a CONSTANTINO. Nitrum mixtum cum terebentina *carbunculos* aperit, et ſaniem attrahit. GAL. De foliis baſiliconis imple locum vlceris, quod facit carbunculum, quia non inuenitur, quod fortius impleat vlcera. GAL. Ad *forunclos* ſulphur, reſinam, terbentinam confice, apponatur croci aliquid vel axungiae vituli vel porci. Expertum. Fermentum frumenti de ſale exterius humores venenoſos et apoſtemata rumpit. YSAAC. Potio pura data potui habet proprietatem attrahendi et eiiciendi variolas. Omnis pannus tinctus purpura habet proprietatem attrahendi exterius. GILBERT.

## XIII.

## ANTONIVS DE GRADIS *).

### CAP. XXVI.

*Variolae* ſunt puſtulae paruae, rotundae, quae communiter toti accidunt corpori, et fiunt a materia mala ſanguinea, putre-

1530. 8. *fol.* 49. *a.* De ceteris editionibus v. *Linden. Renov.* p. 893. Per incuriam operarum hoc demum loco fragmentum inſertum legitur. Natus vero eſt *Petrus* Vliſſipone ſub finem ſeculi duodecimi, factus epiſcopus Tuſculanus, Cardinalis a. 1273. poſthaec a. 1276. d. 13. Sept. Summus Pontifex ſub nomine *Ioannis* XX. (ita in fronte libelli) non vero XXI. vt vulgo ſcribitur (v. *Eloy* Diction. v. *Hiſpan.* p. 534. l. T. II.) denatus ſequenti anno d. 16. Maii ruinis laquearis. Certe identidem nominat praeter *Albertum*, *Rogerium*, *Trotulam*, *Kyranum*, etiam *Gilbertum*, qui, auctore *Freindio*, ſub *Eduardo* I. i. e. a. 1272. vixit.

*) *Clementii Clementini Lucubrationes — Praeterea adiecimus Richardum de ſignis febrium. Antonium de Gradis febres tractantem. Chriſtophorum*

facta in venis. *Morbilli* autem ſunt puſtulae cholericae in minori quantitate et duritie, minores variolis, et fiunt ex materia ſanguinea, cholerica, vel cum cholera. *Signa variolarum et morbillorum* ſunt febris concluſa acutae caliditatis, pruritus narium, grauitas capitis, rubedo oculorum, cum pulſatione in temporibus et fronte, punctio in toto corpore, timor in ſomno, et omnia haec accidentia ſunt intenſiora in morbillis, quam in variolis, quia fiunt de materia magis aduſta, in oculis tamen magis accidunt variolae, quam morbilli. *Prognoſticatio.* Variolae citrinae, durae, paruae et violaceae, vel multum rubeae, ambulatiuae, vt formica, omnes ſunt malae naturae, praecipue cum maturantur cum labore, et neque febris, neque aeſtuatio alleuiatur. Et ſi cum hoc tremor cordis aegro ſuperuenerit, indubitanter morietur, et ſi e contra, argue bonum. *Cura* diuerſificatur ſecundum tempora: Nam alia eſt *cura ante apparitionem*, alia, *cum apparent*, alia, *cum cruſtam faciunt.* Cum igitur ſentit dolorem in dorſo, et ita de aliis ſignis ſignificantibus futuram aegritudinem euenire, vtatur phlebotomia aut ſcarificetur cum ventoſis, deinde ſumat micam panis cum ſucco granatorum et aqua frigida, aut pultes hordei ſeu farris cum lacte amygdalarum, aſpergendo ſemper deſuper agreſtam, aut de vino granatorum acetoſorum, aut lentes excorticatas conditas cum aceto, aut cibarium factum ex oleribus frigidis aut lactucis, cucurbitis conditis cum lacte amygdalarum, bibat ſuccos ſtipticos, ſumat decoctionem tamarindorum et prunorum cum manna, vtatur trochiſcis campho-

*ſtophorum Barſiſium de febrium cognitione et cura.* Baſil. *excud. Henric. Petrus M. D. XXXV. f. P. 249. ſeq.* De editionib, v. *Mercklin.* Lind. Renov. p. 71. Claruit circa a. 1460 - 68. fuit archiater Ducis Mediolanenſis.

phoratis aut de ſpodio, aut aliis dictis capitulo de cura hecticae. Iſto modo prohibetur egreſſio eorum, et ſi non, ſaltem minoratur. Cum igitur apparent, nullo modo phlebotometur, nec ventoſetur: Nam phlebotomia traheret materiam ad intra, et propter idem prohibeatur ſolutiuum, non vngatur oleo, nec comedat vnctuoſa, neque bibat vinum, quia inflammat et auget, obmittat etiam trochiſcos et alia ſuperius dicta, quia operantur cum intentione naturae, intendendentes expellere. Prouocetur igitur ſudor, et nullo modo ſtet in aere frigido, imo cooperiatur panno ſcarlatino ſuauiter fricando, vt trahatur materia ad cutim. Ideo ſaepe in die ſumat de aqua iſta. ℞ ficuum ſiccarum, paſſularum, lentium excorticatarum, ſeminis feniculi, ligni de myrto aut ſandalorum rubrorum ān. vnc. j. coquantur in libris quatuor vſque ad conſumtionem tertiae partis. Alia ad idem. ℞ radicum feniculi, petroſelini, ſucci berberis ān. vnc. jß. ficuum ſiccarum, paſſularum ān. dragm. iij. contundantur et bulliant in aqua, vt prius. Saepe in die ponat de iſto in naribus, oculis et gula, ne ibi generetur morbillus aut variola. ℞ aquae roſ. lib. j. Sumach vel berberis ān. vnc. jß. carnoſitatis granatorum vnc. ß. Item puluis antimonii fricatus cum ſucco coriandri vel ſolatri infuſus in oculis et naribus, defendit etc. Cum vero ſunt maturae, et virus ex eis manat, regatur cum diaeta et potionibus dictis ſupra. Et vbi fuerit multum debilis, poteſt comedere de carnibus pullorum vel hoedorum coctis cum lactucis, cucurbitis etc. conditis cum agreſta, acetoſitate citri vel arancii. Et cum indiget mundificatione, ſternatur lectus iſto puluere. ℞ roſ. ſiccarum, viol. vel florum nenupharis, miſce cum ſand. et fiat puluis. Cum vero feruor et febris receſſerint, et cortices incipiant remoueri, tunc bibat vinum debile bene lymphatum.

Etſi

Et ſi nimis tardarent exſiccari, liniantur cum aqua ſalſa, deinde balneetur in aqua dulci, decoctione malua viſci vel maluae, (hoc etiam confert tempore, quo incipiunt apparere) deinde vngatur oleo roſarum et camomillino tepidis. Si autem ſigna concaua remanſerint vel foeda, impinguetur corpus cum iuribus gallinarum et carnium, cum vitellis ouorum, bibat vinum dulce lymphatum, vtatur ſaepe balneo aquae dulcis per longum tempus, et praecipue poſt cibum, vngantur loca illa omni ſero cum iſto. ℞ lithargyrii triti et abluti cum aqua decem vicibus, et radicum cannarum ſiccarum, farinae oryzae, oſſium vetuſtorum, ſeminum melonum, farinae cicerum ān. vnc. j. puluerizentur, et miſce cum mucilagine pſyllii, foenu graeci, ſeminis lini. De mane lauetur cum aqua decoctionis farinae farri vel oryzae. Et ſi vis alia remedia, recurre ad primam partem de ornatu faciei etc.

## XIIII.

## MENGHVS FAVENTINVS *)

### *De Variolis.*

De *variolis* continenter dicendum, tum quod ſecundum plurimum ſequuntur ad febres acutas, tum etiam quod indicant febres peſtilentiales. Sunt autem variolae puſtulae generatae ex putrefactione ſanguinis menſtrui derelicti in corpore, quoniam fuit nutrimentum ipſius in praegnante. Et *morbilli* non ſunt, niſi variolae colericae, et minores, et non aliter differunt ab eis.

*Cauſae*

*) *Menghi Fauentini Opus de omni genere febrium — Venet. ap. Steph. Sabienſem a. M.D.XXXVII. menſe Septembri.* f. Tract. V. P. 37. cf. *Mercklin.* Lind. Renouat. p. 511. De eius aetate non ſatis liquet.

*Cauſae* mouentes variolas quandoque ſunt ex cibis malis facientibus bullire ſanguinem, quandoque vero ſunt qualitates temporum, quia maxime mouentur in vere, et in autumno, et tempore peſtis, et nos addimus, quod quandoque mouentur ex contagione in aliquibus. Et corpora praeparata ad ea ſunt corpora calida et humida, et vtplurimum accidunt pueris, poſtea iuuenibus, et raro ſenibus, et non ſolum accidunt in cute, ſed in omnibus membris ſimilium partium, et apparentibus, et occultis.

*Signa variolarum futurarum* in aliquo ſunt pruritus narium, apparitio lampadum, timor in ſomno, rubedo in facie, punctiones in toto corpore. Et ſi fuerint ex ſanguine, vergunt ad rubedinem: Si ex colera, ad citrinitatem, ſi ex phlegmate, ad albedinem ſi ex melancholia, ad quandam fuſcedinem. *Pronoſticatio.* Si fuerint paucae et cito apparentes, bonum eſt, e contrario malum, ſi vergunt ad rubedinem vel albedinem. Bonum, ſi ad viriditatem vel ad nigredinem. Malum, et peius eſt, ſi ad nigredinem. Si modo appareant, modo occultentur, peſſimum eſt. Si fuerit difficultas anhelitus, peſſimum eſt. Si vero fuerit et cum bonitate anhelitus, et cum alleuiatione febris, bonum. Si ſuperuenerit ſyncopis, peſſimum eſt. Si vrina fuerit nigra aut viridis, et ſi egeſtio viridis, mortale. Et fluxus ventris *in variolis*, malus eſt. Et ſimiliter *in morbillis*, quia morbillus eſt variola colerica, et generatio *variolarum* eſt propter multitudinem ſanguinis corrupti, et *morbillus* propter vehementiam caliditatis ſanguinis corrupti. Morbilli ſecundum plurimum ſubito egrediuntur, variolae vero vna poſt aliam.

*Curatio* fit cum quinque intentionibus. Prima intentio eſt lenitio ventris, dixit AVICENNA, et in principio fiat natura lenis cum tamarindis et manna. Poteſt etiam fieri cum

caſſia,

caſſia. Poteſt etiam fieri lenitio cum clyſteri communi, ponendo de floribus camomillae ad bulliendum ſecum. Poteſt etiam fieri lenitio ventris cum clyſteri ex brodio pulli. Secunda intentio eſt minoratio ſanguinis per flobothomiam, et ideo dixit AVICENNA: Oportet, vt incipiatur ab extractione ſanguinis vſque ad quartam diem, et non poſt, et etiam, illis apparentibus, non fiat, et intelligitur virtute et aetate conſentiente. Et nota, quod iſta intentio nunquam vel raro mandatur executioni, quia vtplurimum pueris accidunt, quibus non conuenit flobothomia. Si tamen iuuenibus ſuperuenirent, ante apparitionem poteſt fieri flobothomia, et ante quartum diem. Tertia intentio eſt prouocatio horum ad extra cum aperitiuis calidis, vnde AVICENNA facit hanc decoctionem. ℞ ficuum citrinarum ʒvj. lentium excorticatarum ʒiij. laccae ʒiij. draganti, ſem. feniculi ān. ʒij. decoquantur cum libra vna aquae, donec redeat ad tertiam partem, et detur in potu. Vel ſic fiat. ℞ apii, feniculi ān. Mj. ficuum ſiccarum, iuiubarum, draganti ān. ʒiiij. laccae et lentium excorticatarum ān. ʒiij. bulliant in aqua ſufficienter, et adde in fine modicum zuccari. Hic eſt ſyrupus aperitiuus, qui prouocat variolas et morbillos ad extra. Et continenter cauendum eſt a conſtrictione pororum, quare caueantur a frigore, ſtent igitur calidi. Caueantur etiam ab vnctionibus omnibus et ab emplaſtris, quia faciunt ad conſtrictionem pororum. Quarta intentio eſt confortatio membrorum, vt prohibeantur a nocumento. Sunt autem quinque membra, quae maxime laedi poſſunt ab iſtis ſ. *os* et *guttur*, *oculi*, *nares*, *pulmo* et *inteſtina.*

*Guttur et os*, *oculi*, *nares et viſcera*, *pulmo.*

*Conſeruatio et confortatio oris et gutturis* fit cum ſucco granatorum vel mororum ſ. capere aliquid de iſtis ſuccis, et

gargarizare aquam ordei cum rob eorum. Haec AVICENNA. *Conſortatio narium* fit odorando acetum, quod in hoc vehementis iuuamenti eſt, dicit AVICENNA. Similiter inunctio cum agreſta, aceto et aqua roſata. *Conſortatio pro cuſtodia oculorum.* ℞ aquae roſatae, albuminis oui cum coriandro et ſumach, et fiat collyrium, quod inſtilletur oculis. *Conſortatio pulmonis* fit cum loch facto ex lentibus et ſemine papaueris. Haec AVICENNA. Vel vtatur diapapauere. *Conſortatio inteſtinorum* fit cum trociſcis frigidis et ſiccis de ſumach, coriandro et ſpodio, conditis cum ſucco acetoſae. Si vero propter variolas fieret *vlcus in oculo*, ℞ ſumach, et bulli in aqua roſata, et de hac mitte in oculum, et ſanabitur. Expertum a nobis. Si vero *viſus debilitatus* ſit, ℞ aquae centaureae minoris, aquae celidoniae, et cum hac laua oculos. Expertum a Pauia.

Quinta intentio eſt regimen in *diaeta*, et in ſex rebus non naturalibus. Cibus eorum ſit ferculum ex ordeo vel aueno, vel amido facto cum lacte amigdalarum, vel in iure pulli, vel bullias ptiſanam vel micam panis in iure pullae, vel in lacte amigdalarum. Et non comedat carnes, poſt ferculum capiat modicum marciapani vel manus chriſti praelati, vel amigdalas, vel paſſulas, bibat vinum album non dulce, nec bruſchum. Caricae laudantur et iuiubae, et ſebeſtem, et lentes in decoctione. Stet calidus, bene coopertus, inuolutus in panno rubeo ſuper carnes. Fiant fricationes leues ad vniuerſum corpus, dormiat in nocte et in mane, et ſuper potionem ſiue ſyrupum non in die. Si venter durus eſt, fiat clyſtere cum brodio pulli. Caueat ab accidentibus animi, maxime ab ira et triſtitia.

Circa *materiam variolarum* cadunt duae difficultates. Prima eſt, vtrum variolae fiant ex parte ſanguinis menſtrui, qui reman-

remanſit in fetu' poſt nutritionem. Reſpondeo, communis opinio medicorum eſt, quod fiant ex parte impuriori ſanguinis menſtrui, quia fetus nutritus eſt ex parte puriori. Avenzoar vero dicit, quod infans non nutritur ex ſanguine menſtruo, qui ſolet purgari in muliere, ſed ex ſanguine puro, qui veniens ad matricem dicitur ſanguis menſtruus, et hic ſanguis, etſi ſit purus, recipit tamen infectionem aliquam a loco, ſicut res infuſae infectionem recipiunt a vaſe, et propter talem infectionem veniunt. Et hic modus mihi magis placet, quia non eſt rationabile fetum nutriri ex ſanguine tam fetido. Secunda difficultas eſt, vtrum variolae poſſint fieri ex ſanguine phlegmatico et melancholico, ſicut fiunt ex ſanguine puro et colerico. Et videtur, quod non, quia ſicut ſanguis putreſcens cum colera facit cauſonidem, ita putreſcens cum flegmate faceret aliam febrem compoſitam, et putreſcens cum melancolia aliam febrem faceret: Quod non fit in iſtis, quia febres variolarum ſunt valde intenſae, et fiunt a puro ſanguine vel a ſanguine colerico. Reſpondendo ad hanc dicitur, quod aliud eſt quaerere, vtrum variolae poſſint fieri ex ſanguine flegmatico et melancolico, et aliud eſt, vtrum febres variolarum poſſint eſſe ex ſanguine flegmatico vel melancolico. Primum verum eſt, ſecundum vero non eſt verum.

Circa *cauſam efficientem* mouentem variolas eſt duplex difficultas. Prima difficultas eſt, quare in matrice non fiunt variolae, nec in fetu, dum eſt in matrice, ſed extra ſic, et in aliis membris a matrice fiunt? Reſpondendo Gordonivs dixit, quod duae cauſae neceſſario concurrunt ad generandum variolas, ſ. ebullitio ſanguinis et fortitudo caloris impellentis. Propter primam cauſam non fiunt variolae in matrice, quia membrum frigidum, niſi eſſet per accidens, quod conſequeretur morbos ſanguineos. Propter ſecundam cauſ-

ſam non fiunt in fetu exiſtente in vtero, nec ſtatim poſt vterum, quia nondum calor vigoratus eſt. Secunda difficultas eſt, vnde prouenit tanta diuerſitas apparitionis variolarum, quia quibusdam in pueritia, et quibusdam in iuuentute ſuperueniunt, et quibusdam in ſenectute, immo in decrepitis quandoque, qualem vidi hominem octogenarium, cui ſuperuenerunt variolae, et ſanatus eſt. Reſpondendo dicitur communiter, quod cauſſa faciens apparere variolas eſt multiplex, quia aliquando ratione diuerſitatis complexionis fit variatio, quoniam in ſanguineis prius fit apparitio, quam in aliis complexionibus, aliquando ratione diuerſitatis aetatis, quia in pueritia citius, dehinc iuuenibus, dehinc ſenibus; ratione etiam diuerſitatis temporis anni, quia in vere magis apparent propter ebullitionem ſanguinis, quae incipit in vere, deinde in autumno propter corruptionem ſanguinis, et ratione diuerſitatis regionis, quia in calida regione citius apparent, et ratione diuerſitatis regiminis, quia in regimine multiplicatiuo ſanguinis citius apparent, et ratione contagionis, quia morbus contagioſus eſt. Poſſet forte dici, quod eſt propter aliam proprietatem occultam.

Circa *ſigna* cadit difficultas. Primo, quare dictum eſt, quod fluxus ventris in apparitione variolarum eſt ſignum malum, cum per viam illam poſſit fieri fluxus creticus. Igitur non ſemper eſt ſignum malum. Reſpondendo dicitur, quod fluxus ventris poſt apparitionem variolarum eſt malum ſignum, tum propterea, quia timor eſt, ne materiae expulſae ad exteriora trahantur ad intra propter aliquam materiam venenoſam, quae remanſerit ad intra, et poſſet recurrere ad membrum nobile, tum quia poſſet materia faciens fluxum eſſe acuta, et facere excoriationem inteſtinorum, et tunc valde timendum

dum eſſet. Secundo cadit difficultas, quare vrina viridis et nigra ſunt malum ſignum, et rubea, et alba ſunt bonum ſignum? Contra, quia vrina alba ſignificat mixtionem cum flegmate, et viridis ſignificat mixtionem cum colera, ſicut eſt in morbillis, et poſt, quod melius eſt, quod ſanguis ſit mixtus cum colera, quam cum flegmate. Reſpondendo dicitur, quod vrina viridis ſecundum AVICENNAM ſignificat frigiditatem, et nigra ſequens illam ſignificat frigiditatem mortificantem: Quare vtraque malum ſignum. Sed color viridis ſecundum THEOPHILVM ſignificat caliditatem aduſtiuam, et nigra ſequens illam maiorem aduſtionem ſignificat: Quare vtraque malum ſignum eſt. Alba vero vrina, ſi proprie capiatur alba, vt ſignificat colorem lacteum, peſſima eſt, quia ſignificat ſummam cruditatem, improprie vero alba ſignificat colorem remiſſe rubeum, quae ſignificat remiſſam frigiditatem, et ſic non eſt mala.

Circa *curam* cadit difficultas primo circa potionem factam ex caricis et lentibus, et huiusmodi, quia ficus non videntur conuenientes, vt ponantur in decoctione, quoniam inflammant epar, et quia omne dulce eſt oppilatiuum, et lentes etiam non videntur conuenientes, quia, cum ſint frigidae et ſiccae, ſunt oppilatiuae. Reſpondendo dicitur, quod potio debet fieri ex illis rebus, quae diffendunt membra a nocumentis confortando illa. Ficus autem gutturi et pulmoni conferunt, ideo ponuntur, et ad corrigendum deffectum illorum ponuntur draganti, qui ſunt frigidi, et etiam conferunt pulmoni et gutturi, lentes vero ponuntur, quia deffendunt inteſtina a fluxu, et ad corrigendum deffectum illorum ponitur lacca, quae eſt deoppilatiua. Et vltra haec ponuntur apium et fenniculum ad aperiendum, et ad prouocandum materias ad extra.

Secundo cadit difficultas, quia cum variolae varientur quatuor modis, quia aliquae ſanguineae, aliquae colericae, et aliquae melancolicae, videtur, quod potio danda ſit varianda ſecundum varietatem illarum: Quare non vna potio eſt conueniens illis. Reſpondendo dicitur, quod habendo reſpectum ſolum ad membra confortanda, ne recipiant nocumentum, vna ſola potio et eadem conuenit illis, quia per illam confortantur omnia membra confortanda, habendo vero reſpectum ad materiam facientem variolas, ſicut materia diuerſificatur, ita digeſtiuum debet diuerſificari. Haec Gordonius. Quare ſi materia fuerit colerica, adde cum potione ſirupi violati in plus, oxizacharae in minus, et ſimiliter ſirupi de fumoterrae. Et ſi materia fuerit flegmatica, adde oxyzacharae compoſitae et ſyrupi de fumoterrae. Et ſi materia fuerit melancolica, adde oximellis diuretici et ſirupi de fumo terrae: Et ſi fuerit ſanguinea, adde oxizacharae in plus, et ſirupi violati in minus: Et ſimiliter ſirupi de fumoterrae.

---

XV. BLA-

## XV.
# BLASIVS ASTARIVS *).

## Cap. XIII.

### *De variolis et morbillis* **).

*Cura variolarum* et *morbillorum*, qui *morbilli* apud Avicennam dicuntur *variolae cholericae*, conſiſtit in duabus intentionibus generalibus, quarum prima eſt debita adminiſtratio in ſex rebus non naturalibus, ſecunda eſt circa medicinalia.

Prima intentio in principio et ante apparitionem earum *aer* debet eſſe temperatus aut ad frigiditatem decliuis, vbi inquietudo aut inflammatio eſſet vehemens. Cum autem apparere inceperint, et ſimiliter in proceſſu eorum, cuſtodiendus eſt patiens ab aere frigido, et ingeniandum eſt, vt ſtet cooper-

*) *Blaſii Aſtarii Papienſis — Opuſculum breue et vtile de curandis febribus ab Aben. Hali ſuper primam quarti traditum ad laudem ſummi conditoris, qui omne humanum genus dirigat et protegat per infinita*, p. 295. ſeq. in *Marci Gatinariae, medici clariſſimi, nonum ad Almanſorem in Gymnaſio Papienſi publice olim ſumma cum laude profitentis De medendis humani corporis malis practica vberrima — Francoſ. impenſ. Io. Berneri MDCIV. 8.* Prima editio prodiit a. 1506. Fuit medicus Papienſis, isque multae famae, ſed incertae aetatis. Hinc vbique altum ſilentium eſt. *Lindenius* (Lind. Renov. p. 132.) et Cl. *Carrere* (Bibl. Litter. de la Medec. T. I. p. 223.) eum adſignarunt a. 1508. ex auctoritate *Wolfgangi Iuſti*, cuius fides non ſatis certa eſt, at vero Cl. *Eloy* (Diction. hiſt. de la medec. T. I. p. 204.) initio ſeculi XVI. *Keſtnerus* (Medic. Gelehrten Lexicon S. 58.) eum vixiſſe contendit ſub finem ſeculi XV. Sed falſo. Nam ipſe memorat *Franciſcum Pedemontanum*, medicum quarto et decimo ſeculo clarum, (*Conring* Introduct. c. 3. p. 102. ed. Hal.) et ſub auctore *Hallero* (Bibl. Pract. T. I. p. 465.) *Marcus Gatinaria* iam a. 1462. eius meminit, debuit ergo vel coaeuus eſſe, vel aetate paullo prior. Hoc vero ei veluti proprium eſt, quod vel ſub ipſa variolarum eruptione ſanguinem mittere ac rheo aluum mouere auſus eſt, refragantibus aliis.

**) Pag. 360. ſeq.

coopertus cum pannis, praecipue coloris rubei, maxime de ſcarlata. Nam in eis eſt proprietas extendendi materias calidas ad exteriora, cum frequenter aſpiciuntur, non ſit tamen coopertura talis, quod grauet infirmum aut debilitet, ſed illud, quod de *aere calido* dicitur conuenire, poſt apparitionem earum debet intelligi, niſi patienti acciderit tremor et ſyncope, et cum magna inflammatione caloris febrilis, quia tunc exponendus eſſet patiens aeri frigido, vt cor eius temperetur. *Cibi* ſunt diuerſificandi ſecundum diuerſitatem temporum morbi. Nam in principio ante apparitionem earum conueniunt, ſicut lentes excorticatae et decoctae cum aceto, ptiſana hordei, amylum, lactucae cum aceto aut cum agreſta, portulacae, cucurbitae, et in dicto tempore vitentur carnes et vitelli ouorum ſorbilium, donec febris omnino mitigetur, vt vult RHASES *vigeſimo Continentis*, niſi, vt dicit NICOLAVS, caſus virtutis exigeret. Quo caſu tunc conceduntur, ſed praeparentur cum agreſta aut ſimilibus acetoſis.

*Potus* in dicto tempore, ſcilicet principii ante earum apparitionem, ſit, ſicut aqua hordei, aut iulapium violatum aut roſatum, et in ſumma conueniunt *cibi* et *potus* dicti in cura febris peſtilentialis, tamen ante cibos dictos conuenit praeponere aliquos cibos lenientes, vt ſpinachia et ſimilia, vt exhibendo, ſicut caſſiam et mannam, et ſimilia, vt puta infuſionem prunorum. Nam, vt dicit AVICENNA, oportet, vt in principio natura ſit lenis: Eſt enim eius lenitio iuuatiua valde, ſicut conſtrictio eſt nociua ad hanc intentionem, ſcilicet lenitionem ventris. Vltra praedictas medicinas ſingulariter valent tamarindi, qui multum ab autoribus commendati ſunt in hac cura in intentione euacuationis et lenitionis ventris, et praecipue ab AVICENNA, quia cum hoc, quod ſunt lenitiui, ſunt etiam

etiam extinctiui caloris et ebullitionis materiae ſedatiui. Poſt etiam earum apparitionem et in tempore declinationis febris conueniunt cibi temperati aut ad aliquam caliditatem declinantes, vnde tunc conueniunt carnes auium laudabilium, vt pullorum et pullarum, et ſimilium. Laudantur etiam tunc vitelli ouorum ſorbilium. Et potus conueniens tunc temporis ſit vinum album potius, quam rubeum, vt vult NICOLAVS, quamuis FRANCISCVS PEDEMONTANVS videatur laudare rubeum. Ego autem vtor albo, et adhaereo in hoc opinioni NICOLAI, quoniam eſt magis aperitiuum et, ceteris paribus, minus calidum, et ſit permixtum cum aqua calida cocta. Vinum tamen ante earum apparitionem non debet dari, ſi patiens poteſt ab eo excuſari; Quod ſi non, in dicto tempore ſ. principii ante earum apparitionem, ſit rubeum et ſtipticum, vt dicit NICOLAVS. Poſt etiam apparitionem dictorum morbillorum et variolarum vitandi ſunt cibi et potus lenitiui. Nam et voluit RHASES *XX. Continentis*, poſt eorum exitum nullo modo exhibendum eſt aliquid mollitiuum, quia ſaepe in fine morbi accidit fluxus ventris, vt teſtantur autores medicinae, praecipue RHASES loco allegato, et frequenter apud me viſum eſt in experientia.

*Motus* ſit temperatus et in aere temperato factus, et vbi non flent venti, in principio morbi et ſimiliter in declinatione conuenit, et ſimiliter *fricatio* ſub coopertura pannorum facta, quia poros aperit, et vapores excludit, et materiam ad exitum praeparat, vt dicit NICOLAVS. *Somnus* ſit temperatus ante apparitionem earum, ſed quando incipiunt apparere, minuatur ſomnus propter cauſam notam, et augeatur vigilia. Vitetur *repletio* ſuperflua tam cibi, quam potus, et vitetur *coitus*, vitetur *ſollicitudo*, *triſtitia*, *ira*, *furor*, licet forte ali-

qualis ira parua poſt earum apparitionem non eſſet illaudabilis, ſtudeat tamen pro poſſe gaudere.

Quantum *ad medicinalia*, cura conſiſtit *in quatuor intentionibus generalibus*, quarum *prima* eſt *ad cauſam* ſiue *materiam morbi*, *ſecunda* eſt *ad morbum*, *tertia* eſt *accidentia* applicata, *quarta* eſt *cuſtodia* quorumdam *membrorum* a nocumento eorum.

*Prima intentio*, quae eſt *ad cauſam ſiue materiam*, ſtat in tribus intentionibus, quarum prima eſt ad aequationem ſiue ad digeſtionem materiae, ſecunda eſt ad euacuationem eius, tertia ad diuerſionem materiae ad exteriora.

Prima intentio primae intentionis generalis, quae eſt digeſtio materiae, diuerſificari debet ſecundum diuerſitatem temporum morbi, quantum ſcilicet ad principium eius, ſcilicet ante apparitionem variolarum vel morbillorum, et quantum ad temporis proceſſum et apparitionem earum. Nam ante apparitionem earum ſyrupus digeſtiuus, qui conuenit, debet eſſe incraſſatiuus materiae facientis morbum, et prohibitiuus ebullitionis materiae, vnde in caſu iſto, ſanguine exiſtente ſubtili et cholerico, vel in quo dominatur cholera, et proprie *in morbillis*, et non exiſtente materia furioſa, quae poſſit expectare digeſtionem, fiat digeſtio cum infrigidantibus et inſpiſſantibus ſanguinem. In quo caſu concedit AVICENNA ſyrupum de dactylis immaturis, qui ſyrupus apud nos non reperitur, et ideo vt puta loco eius poteſt exhiberi ſyrupus de iuiubis aut de ſucco acetoſo, aut de acetoſitate citri, et iſti duo ſunt multum vſuales apud modernos practicos. Poteſt etiam dari, ſicut ſyrupus de ribes aut ſyrupus roſaceus, aut ſyrupus de granatis acetoſis, et cum aquis conuenientibus, vt portulacae, lactucae et ſimilium.

Si

Si vero ſanguis fuerit craſſus, et etiam praecipue ante tempus apparitionis eorum, in quo caſu FRANCISCVS PEDEMONTANVS concedit decoctionem foeniculi et aniſi, credo, quod loco iſtius decoctionis conueniret ſyrupus de byzantiis, quo ego communiter vtor in caſu iſto, et ſine aceto propter timorem fluxus ventris et excoriationis inteſtinorum.

Aquae, quae poſſunt permiſceri cum dicto ſyrupo, ſunt, ſicut aqua endiuiae, foeniculi et ſimilium, diuerſificando eas in caliditate maiori aut minori ſecundum diuerſitatem corporis in complexione eorum, et ſecundum diuerſitatem materiae in minori aut maiori craſſitie, et ſecundum diuerſum gradum caloris febrilis, et in caſu iſto, ſcilicet poſt apparitionem earum et eorum, et ſimiliter in principio apparitionis eorum et earum laudatur ab AVICENNA inter ceteras medicinas vna decoctio, quae eſt multum in vſu apud practicos modernos, et praecipue apud me, et quae eſt ſecunda ab eo poſita, et quae, vt dicit, expellit caliditatem a partibus cordis, et prohibet pulſum cordis, et hoc facit expellendo materias ad exteriora. Haec tamen exhibitio prouocantium et aperientium debet fieri poſt phlebotomiam, ſi phlebotomia expedit, id eſt, conſentiant particularia de phlebotomia iuſtituenda, vt virtus, aetas etc. Oportet etiam praeceſſiſſe lenitionem ventris, vt dicit RHASES loco allegato. Debent etiam haec prouocatiua diuerſificari ſecundum intentionem et remiſſionem febris, vt ſatis dictum eſt, et ſecundum diuerſam diſpoſitionem pororum corporis in apparitione et conſtrictione eorum, et ſecundum diuerſitatem materiae in ſubtilitate et craſſitie eius, vt dicit NICOLAVS.

Secunda intentio eſt euacuatio, quae, quantum ad opus et intentionem medici, debet eſſe prima, quia cum materia ſit

 ſangui-

ſanguinea aut ſanguini commixta, et, vt praeſupponitur, apta *per phlebotomiam* euacuari, ideo ab ea incipiendum eſt, niſi natura per ſe euacuet per nares aut haemorrhoides, aut menſtrua, et ſtantibus conditionibus requiſitis et conſentientibus ad eam, vt virtus, aetas etc. Et vbi non poſſet fieri phlebotomia, apponantur ſanguiſugae, proprie natibus, ſpatulis et dorſo, vel ponantur ventoſae ſuper ſpatulas cum ſcarificatione. Et hoc eſt magis vſuale et ſecurius.

Spatium vero temporis, ad quod poſſumus peruenire ad faciendum phlebotomiam, non poteſt punctualiter aſſignari. Nam AVICENNA dicit, quod ſpatium phlebotomiae ſit vſque ad quartum diem, tamen aliquando fit in ſecundo die, aut tertio, aut primo. Ideo medicus debet eſſe ſollicitus ad phlebotomandum ante eorum apparitionem, quia poſt eorum apparitionem non eſt phlebotomia neceſſaria. Et eam AVICENNA et RHASES pro tunc prohibent, niſi vehemens fuerit repletio et dominium materiae ſuperfluentis, dicit AVICENNA. Tunc enim phlebotomatur quantitate, quae exſiccet, id eſt, educat illud ſuperfluum ita, quod, quare videtur velle, quod non fiat phlebotomia magna, et quae phlebotomia videtur conuenire, reſpectu cauſſae antecedentis ſolum, et non reſpectu cauſſae coniunctae, qui traheretur ad interiora: Et illud dicitur de phlebotomia, ſcilicet, quod, ſtante repletione, conuenit phlebotomia, non obſtante tempore apparitionis earum, et reſpectu materiae antecedentis.

Idem puto eſſe dicendum de *euacuatione cum pharmaco* ſolutiuo, reſpiciente materiam propriam, ſcilicet cholericam permixtam cum ſanguine, et quae per phlebotomiam perfecte euacuari non poterit. Talis enim euacuatio debet fieri cum facili-

facilitate, puta, cum manna, tamarindis et ſimilibus, prout concedunt auctores medicinae, et ego multoties deuenio ad exhibitionem reubarbari in infuſione, et hoc fuit in Magiſtro Carolo de Carvis, fratre phthyſici Ducis Orlienſis, et a paucis diebus citra dedi in ſubſtantia filiae paruae Ioannis de Biscosis, et ſic aliter operatus ſum in aliis.

Inter ceteras tamen medicinas laudantur tamarindi praedicti, quia cum ſolutione ſua ſunt ſedatiui, acuitatis materiae cholericae deſtructiui, et licet Rhases X. *Almanſ.* dicat, quod ſummopere cauendum ſit poſt apparitionem variolarum et morbillorum, non detur aliud, quod ventrem ſoluat, hoc, vt alias dixi, debet intelligi, niſi materia ſit ſuperflua, ſicut de phlebotomia dictum eſt. Et ſic etiam dicit Nicolavs. Vel aliter, vt puto, poſſet reſponderi, quod Rhases loquatur de ſolutiuo forti, euacuando materiam exoluendo, et hoc propter timorem fluxus, qui communiter accidit in iſta aegritudine, vt dictum eſt. Sed cum medicinis lenibus non conuenit facere euacuationem, ſiue morbus fuerit in principio, ſiue in proceſſu poſt apparitionem variolarum et morbillorum, et praecipue cum tamarindis. Nam in principio competit talis euacuatio cum medicinis leuibus et lenitiuis ad educendum materias faeculentas inteſtinales et ad mollificandum venas primas, id eſt, miſaraicas *), et in proceſſu ad educendum materias, quae remanſerunt et non potuerunt perfecte euacuari per phlebotomiam, vt ſtatim dictum eſt. Non exiſtente vero materia ſuperflua, nullo modo competit euacuatio cum medicinis fortibus, nec etiam leuibus in proceſſu poſt earum apparitionem, ita, quod etiam pro tunc ceſſandum ſit ab omni euacuatione,

*) i. e. meſaraicas.

tione, ita, quod etiam *a clyſteriis*, vt dicit NICOLAVS, quia talia euacuantia diuertunt materiam ad contrarium. Et hoc puto eſſe intelligendum, niſi ventris ſtipticitas coniungeretur, quod rariſſime accidit, imo vtplurimum coniungitur fluxus ventris. Quapropter in dicto tempore, ſcilicet apparitionis earum, abſtinendum eſt ab inunctionibus et emplaſtris, vt dicit AVICENNA. Et ſimiliter intelligendum eſt de oppilationibus, vt volunt auctores medicinae, et praecipue AVICENNA, et hic modus curationis obſeruatur praecipue apud practicos modernos.

Tertia intentio ſiue vltima primae intentionis generalis, quae eſt *diuerſio materiae ad exteriora,* completur per adminiſtrationem rerum calidarum, ſcilicet aeris calidi, aut ſaltem ad caliditatem decliuis, et cum inſpectione rerum rubearum, et cum medicinis prouocantibus, de quibus ſupra dictum eſt, maxime cum deſcriptione facta ab AVICENNA, quae eſt deſcriptio ſecunda, de qua facta eſt mentio in digeſtione materiae.

Ad hanc intentionem valent *ventoſae* cum ſcarificatione, quas vidi aliquando conferre multum, maxime in domino ANTONIO DE BARACHIIS, et AVICENNA laudat odorare crocum, ſed hoc non eſt in vſu. Et in hoc tempore apparitionis variolarum et morbillorum prohibendus eſt patiens ab omni re repellente materiam ad interiora et oppilante, et ideo AVICENNA pro tunc prohibet dictorum adminiſtrationem, quae quandoque fit in febre, maxime acuta, vt puta ad dorſum cum oleo violarum, maxime in pueris, vt dictum fuit ex mente GENTILIS ſuper *cap. de cura putridarum in genere.* Propter quam cauſam in tempore apparitionis eorum prohibeo ſemper *adminiſtrationem epithematum* ſuper membra principalia, quae communiter in febribus adminiſtrari ſolent.

Nam

Nam in adminiſtratione praedictarum medicinarum eſt timor de ſubita conſtrictione anhelitus, et de malo fluxu ventris, et de mictu ſanguinis, vt vult AVICENNA, et ſimiliter RHASES *XVIII. Continentis*.

Secunda intentio principalis, quae eſt ad morbum, ſcilicet *ad variolas poſt complementum apparitionis earum*. In caſu iſto quinque ſunt habendae intentiones, quibus parum aut nihil fere egent *morbilli*. Quarum prima eſt *maturatio earum*, ſecunda poſt earum maturationem *apertio earum*, tertia poſt apertionem earum *exſiccatio*, ſi fuerint magnae, quia ſi fuerint paruae, neceſſaria non eſt talis exſiccatio. Quarta eſt, vt ſubueniatur *vlceri ſuccedenti*. Quinta et vltima eſt *curatio veſtigiorum* earum et *concauitatis*.

Prima intentio, quae eſt *maturatio*, cum pertranſeunt ſeptimam diem, vt vult AVICENNA, et in nona die non complete maturantur, oportet, quod artificialiter prouideatur. Quod fit faciendo decoctionem caricarum, paſſularum enucleatarum, dactylorum pinguium, et cum dicta decoctione fomentando eas. Eſt etiam alia decoctio, ſcilicet maluarum, althaeae, foenugraeci, ſeminis lini et ſimilium, aut, vt voluit RHASES *XVIII. Continentis*, ſuffumigetur facies in locis variolarum cum aqua calida, in qua decocta ſit chamomilla. Et ego alias feci fieri iſtam decoctionem, in qua infundebantur petiae lini, et ſuperponebantur locis variolarum; Nam vltra iuuamentum maturationis ſequebatur iuuamentum ſedationis doloris earum.

Secunda intentio, quae eſt *eruptio earum poſt maturationem*, vbi a natura non rumpantur, tunc vult AVICENNA, quod hoc fiat artificialiter, vt cum acubus aureis pungendo

 in

in duobus aut tribus locis, et auferatur ab eis humiditas fluens cum coto, et leniter ipſum applicando ſine violentia et compreſſione, aut loco puncturae dictarum acuum incidantur forpicibus, vt quidam faciunt, remouendo modicum de pelle earum, ne remaneat in eis materia putrida, ſed tota ab eis effluat absque expreſſione. Et hoc frequenter vidi facere. Et talis eruptio ſolum ſolet fieri in magnis, quia paruae tantum indigent exſiccatione materierum poſt earum apertionem, cum remanentia multae humiditatis et ſorditiei etiam exſiccatione indigent.

Tertia intentio, quae eſt *exſiccatio earum*, fieri poteſt multis modis, primo cum aqua ſalis, in qua eſt virtus croci, vt dicit Avicenna, item cum aqua decoctionis tamariſci, lentium et roſarum, in qua aqua infuſum cotum ponatur ſuper eas: Hoc enim maturat et exſiccat, vt dicit Avicenna, et eas cadere facit cum velocitate. Talis enim exſiccatio, vbi fuerint variolae magnae, non debet fieri ante maturationem, ſuppurationem et apertionem, quia tunc vehementer augeret dolorem, vt vult Rhases loco allegato, ſcilicet *XVIII. Continentis*. Item ad hanc intentionem exſiccationis ſuffumigatio, facta ex tamariſco, eſt iuuatiua valde, vt dicit Avicenna. Item ſi fiat cum oliuarum foliis, deſiccat eas, vt dicit Rhases *loco praeallegato*. Alius modus exſiccationis, vt vult Avicenna, fit per dormitionem patientis ſuper farinam croci, milii, fabae et hordei, et melius, vt iſta ponantur implendo culcitram, quae ſit rara, ex praedictis rebus, vt penetret eorum virtus. Et quando quaerimus exſiccationem, pro tunc vitandum eſt oleum, quia eſt malum, vt dicit Avicenna, quia prohibet exſiccationem, verum tamen, facta conuenienti exſiccatione, vbi cortex variolarum eſſet foedus, qui remanſiſſet deſuper in modum eſcarae, inunctio multoties

ties facta cum oleo communi tepido cum modico croci videtur eſſe conueniens, et hoc remedium ponitur a RHASE *X. Almanſoris.* Et ego pluries feci hoc adminiſtrare, et vidi conferre et ſedare dolorem. Et debent prohiberi patientes, ne ſcalpent ſe, ne remaneant veſtigia rupta et concauitates, vt dicit NICOLAVS: Quae ſi remanſerint, remoueantur ſecundum modum ſtatim dicendum.

Quarta intentio, ſcilicet *vlceris curatio*, fit cum vnguento facta ex ceruſa et albumine oui, et oleo roſarum, aut cum vnguento de ceruſa et lithargyrio, vt dicit AVICENNA.

Quinto, *ad veſtigia remouenda* conuenit aqua ſublimationis pedum vitulorum, radicum ſerpentariae et florum fabarum cum aqua roſata, aut aqua limonum, aut citrangulorum, etiam conuenit, vt dicit NICOLAVS. Et multa alia ſunt ab auctoribus medicinae poſita, praecipue ab AVICENNA et a FRANCISCO PEDEMONTANO, tam ſimplicia, quam compoſita, de quibus eſſet prolixum narrare.

*Ad concauitates* eorum *remouendas* dicit FRANCISCVS PEDEMONTANVS, quod, ſi remanſerint, non replebuntur, quia vlcerauerunt interiora, ſcilicet cutem et mirachiam *), quae cum ſint de radicantibus membris, ſcilicet ſpermaticis, non reſtaurantur. NICOLAVS tamen ponit regimen, dicens, quod adiuuet regimen impinguantium et inunctio facta ex carne teſtudinum marinarum aduſtarum, et ſubtiliter tritarum, et mixtarum cum oleo.

Tertia intentio generalis, quae eſt *circa correctionem accidentium coniunctorum cum variolis et morbillis.* Et licet plures ſint, quae poſſunt coniungi, de quibus eſſet prolixum narrare, tamen tangentur ſolum iſta, quae vt plurimum euenire ſolent, et quibus cura magis eſt adhibenda. Quae acciden-

 tia

*) i. e. epigaſtrium ſ. abdomen.

tia ſunt, ſicut *inflammatio caloris febrilis*, *ſyncope*, *fluxus ventris*, *punctio in plantis pedum* aut *in palmis manuum.*

Si igitur fuerit *inflammatio*, ita, quod, non obſtante dimiſſione rerum calefacientium, tam intus, quam extra tempore apparitionis earum, et iſta inflammatio non minoratur, imo potius augetur, poſtquam febris ceſſauit, ſed iterum redit, ſicut prius, in quo caſu tunc redeundum eſt ad phlebotomiam, ſcilicet baſilicae aut venae communis, aut ſaphenarum. Si fuerit *retentio haemorrhoidum* aut *menſtruorum*, ad adminiſtrationem infrigidantium. Sunt, ſicut dictum eſt ſupra, et inter cetera ſyrupus violarum eſt vtilis in caſu iſto. Si fuerit *fluxus ventris*, dentur trociſci de ſpodio cum ſeminibus acetoſae et de ſimilibus, vt dicit RHASES *in Diuiſionibus.* Si *ſyncope*, curetur, ſicut dictum fuit in cura febris ſyncopalis. Si *punctio plantae pedum aut palmae manuum*, ponantur dicta membra aſſidue in aquam calidam, vt dicit NICOLAVS, et ego vidi multum conferre.

Quarta intentio generalis eſt quorundam *membrorum cuſtodia*, ne laedantur, aut ſi aliqua ex eis fuerint laeſa, eorum laeſio remoueatur, quae ſunt, ſicut *oculi*, ſicut ſaepe accidit, ne ſcilicet incurrant ophthalmiam, aut aliquod veſtigium malum in oculis, propter quod frequenter animaduerſum fuit *aliquos amiſiſſe viſum.* Eſt etiam cuſtodiendus aeger, ne incurrat *anginam* aut *vlcus* in meri *); aut aliquam aliam malam aegritudinem in dictis membris. Etiam *nares* quandoque *vlcerantur*, item *pulmo* et *membra pectoris*, ne patiens ſuffocetur, aut *phthiſim* incurrat vel aliquam aliam malam aegritudinem.

Si igitur timeamus *de laeſione oculorum*, omiſſis multis aliis medicinis, ab auctoribus medicinae poſitis, praecipue ab AVICENNA, conuenit adminiſtrare aquam roſarum, in qua ſit

*) i. e. oeſophago.

ſit infuſum ſumach. Hoc enim remedium a multis auctoribus medicinae eſt maxime laudatum, praecipue a Rhase et ab Avicenna, et ego vtor aliquando hoc medicamine, et ſaepe aqua roſarum ſiue ſumach, et addo aliquid de ſacharo candido, nec vſque nunc ſum vſus alio medicamine ad iſtam intentionem, et facio deſtillare ad intra oculos cum coto infuſo in dicto medicamine, et poſtea ponendo liquorem ad intra oculum, aut cum penna de plumis.

*Ad guttur* fiat gargariſma cum diamoron et aqua roſarum, et hoc eſt in vſu, aut cum ſucco granatorum, quod etiam eſt vſuale, et medicamen ſatis delectabile, quo communiter vtuntur principes. Et vbi *in gutture* eſſet *dolor* aut *excoriatio*, aeger non gargarizet, ſed, vt dicit Nicolavs *), potius paulatim ſugat de dicto medicamine. Vnde Avicenna dicit, quod quando patiens conqueritur de dolore, quod tunc lambat de rebus eorum, ſcilicet aliud poſt aliud.

*Ad nares, ne vlcerentur*, Avicenna laudat, vt extra fiat epithema ſuper naſo, quod ſit factum ex aqua decoctionis roſarum, ſandali albi et rubri, dicta decoctio ad intra nares autem immittatur. Item odoret patiens acetum ſolum; Nam eſt multi iuuamenti, vt dicit Avicenna, et vbi nares eſſent vlceratae, conuenit ceratum factum ex oleo violarum, tragagantho et cera, vt dicit Rhases XVIIII. *Continentis*. *Pro pectore et pro pulmone*, ne laedantur, laudatur loch factum ex lentibus, quod non eſt in vſu, ſed loco eius conuenit diatragagantum, vt ponit Nicolavs, et quo ego ſaepe vtor. Et hic eſt finis *de cura febrium*, ad laudem Dei, Amen.

*) Fuit vero is Nicolavs Nicolvs de Falconiis, Florentinus, medicus clariſſimus ſub initio ſeculi XV. Obiit a. 1412. auctore Hallero (Bibl. Pract. T. I. p. 451.) aut demum a. 1430. iudice Eloy (Dict. hiſt. de la Medec. T. III. p. 389.) vixit ergo ſub hoc demum tempore Blasivs Astarivs.

## XVI.
# IOANNES SALICETVS *)
## Cap. XV.
### *De variolis et morbillis ſequentibus febres peſtilentiales.*

V*ariolae,* ſimiliter et *morbilli*, ſunt puſtulae plurimae minutae, cauſatae in febre acuta vel concluſa, plurima materia calida, ad cutem corporis totius vtplurimum diſperſa. Notanter dico, *vtplurimum*, quia, vt Avicenna dicit *quarta primi capitulo praecedenti*, non tantum in cute, ſed in omnibus membris ſimilium partium tam occultis, quam apparentibus poſſunt accidere, itaque etiam in velaminibus et neruis. Et ego vidi eas multiplicatas valde in ore, lingua, epigloto et gutture in illuſtri principe, Marchione Christophoro Badensi, eo conſtituto in cura mea in aetate iuuentutis circiter annum XXVI. Dixi etiam, *cauſatae in febre acuta* etc. vnde licet dicat Avicenna (vt infra patebit), quod ſaluius eſt venire variolas poſt febres, quam febrem ſuper variolas, ex hoc tamen non vult, quod poſſint ſine febre euenire, ſed vult, quod ſtatuit aliquam materiam ſine ebulitione ad cutem, qui quam cito incipit ebulire et putreſcere, (ad bonum intellectum) tam cito incipit variolari, et tunc cauſat febrem concluſam vel acutam: Et id non eſt ita bonum, ſicut ſi ſequuntur febrem, quieſcente febre, quia ſic cretice accidunt, et cum eis terminabitur febris: Non ſic primo caſu.

*Modus*

*) *Ioannis Saliceti dicti Mechinger Medicinarum interpretis phyſici ducalis Wirtembergenſis Tractatus de peſtilentia.* — In fine leg. *Ex Tuwingen* 1502. 4. Scriptus eſſe videtur iam a. 1495. cum in libello *de morbo gallico* hunc ſaepius appellet, et multa praecepta exinde repetat. Verſio theotiſca prodiit Argent. 1519. 4. Dicitur etiam *Ioannes Wydman* et *Widman.* De vita eius parum conſtat, fuit vero profeſſor Tubingenſis inde ab a. 1485. vſque ad a. 1516. clariſſimus.

*Modus* autem *generationis* eorum ſecundum Avicennam *in principio capituli* eſt per viam ebulitionis, quoniam fiunt in ſanguine ebulitionis, ſicut fit ebulitio in ſuccis, ex qua accidit, partes ſanguinis ab inuicem ſeparari et depurari per expulſionem partium malignarum retentarum in poroſitatibus membrorum. Sed quoniam hae partes ſunt duorum modorum, aut enim ſunt ſanguineae, et ſic cauſant *variolas*, quae ſunt puſtulae paruae ad magnitudinem cicerum, et in principio plerumque ſunt cum rubedine obſcura, ſed cum maturantur, albeſcunt, vel ſunt partes colericae et plus aduſtae, et ſic generant *morbillos* ſiue *roſagiam*. Et hoc caſu non apparet puſtula manifeſta, ſed quaedam potius aſperitas in cute, cum rubedine clara, admixta citrinitati. Quod ſi dictae partes corruptae et infectae fuerint frigidae, non poſſunt eſſe propria cauſa harum paſſionum, (non obſtante, quod Ysaac dicat, ex omni humore poſſe fieri variolas) ſed potius erunt cauſa ſcabiei, pruritus et ſimilium infectionum cutis.

Ex his patet etiam *cauſa intrinſeca* eorum, *antecedens* et *coniuncta*. Nam variolae vtplurimum fiunt de ſanguine menſtruo infecto, quo nutritus fuit puer in vtero, vel alias a ſanguine prauo multo, in poroſitatibus membrorum retento, et ſecundum modum dictum ſupra expulſum. Sed *morbilli* fiunt ex ſanguine colerico et ſubtili magis, reſeruato vtplurimum ab vtero matris in membris, et aliquando ex praua diaeta genito. Vnde *morbillus* eſt *variola colerica*, vt dicit hic Avicenna, corpora vero et aetates, his paſſionibus apparatae, ſunt primo corpora in aetate pueritiae conſtituta, et deinde in iuuentute, vt Avicenna ait, quia virtus naturalis in eis aetatibus roboratur plus, vt partes menſtrui infecti, vel ex tempore productas, retentas in poris membrorum expellat radicitus. In ſenibus vero non fit, niſi ex forti cauſa, vt dicit

ſcili-

ſcilicet, quia fit maxime in habentibus complexionem calidam et humidam, cuius reliqua in ſenectute ſit valde fortis, quia, vt infra dicit, eorum euentus eſt maximus in humidis et ſiccis corporibus propter facilius fieri ebulitionem in humidis, et breuiter, accommodata corpora ſunt omnia corpora calida et humida conturbatae humiditatis, et proprie, cum parum flobotomantur, vt idem dicit, cuius cauſa ex dictis patet, quia iſte ſanguis paratior eſt ebulitioni. Aliquando etiam contingunt in adultis poſt criſim diminutam acutarum febrium, ita, vt *variolae* febrem de ſanguine, et *morbilli* febrem de colera conſequantur.

*Cauſae* vero *extrinſecae* earum ſecundum AVICENNAM ſunt hae, primo flatus auſtri multiplicatus, quia calefacit atque humectat, et facit ebulire, et ad hanc cauſam reducuntur regiones et ciuitates calidae et humidae. Secundo in cauſa ſunt quidam cibi, vt lac, proprie equarum vel camelarum, quando ſuper eo potatur vinum vel alia res calida aſſumitur, quia ſanguis inde genitus eſt fluidus aptus ebulitioni. Et vinum facit calorem, ex quo ebulit, et maxime fit, ſi is cibus non ſit conſuetus, quia in aſſuetis ſanguis non ebulit, vt perficiatur, vel corrumpatur, ſed conformatur membris eorum. Ex hoc ſequitur corollarium, quod aliquis poteſt *bis variolari*, vno modo a natiuitate, et ſecundo propter malos cibos, vel etiam ideo, quia aggregatur materia ad bis expellendum, vt ſentit AVICENNA. Tertio in cauſa eſt res adueniens extra, faciens ebulire occulta, dicit AVICENNA i. humores in nobis occultatos, qui ebuliunt a caliditate puros corrumpente, vel ſaltem adurente, vt eſt calor ſolis aut alterius, et permiſcentur cum ſanguine ipſum corrumpentes, vbi prior rectificauit ipſum ſeparando eas a ſanguine.

Vel

Vel aliter, et ad propoſitum iſtius capitis dicit, quod illius ebulitionis cauſa eſt res occulta, extra adueniens, id eſt, praua conſtitutio peſtilentialis, quae eſt extra in aere, faciens ebulire ſanguinem etc. Inter autem tempora aptiora eſt ver propter caliditatem et humiditatem eius maiorem. Poſt ver eſt autumnus, in quo, materiis intus concluſis, poteſt fieri plus ebulitio, quam aeſtate, quia in ea ſunt pori aperti. Sed in autumno minus fiunt, ſicut dicunt auctores. Ego vero dico, quod licet omni anno et omni tempore poſſint euenire, non tamen in omni tempore ſolent multiplicari. Immo quando multiplicantur vltra conſuetum, tunc id fit anno praecedente peſtilentiam, et ſic erit ſignum futurae peſtilentiae: Ita experientia teſtatur.

*Species* autem *variolarum*, vt dicit Avicenna, ſunt hae, quia quaedam ſunt albae, quaedam citrinae, quaedam rubeae, quaedam virides, quaedam violaceae, et quaedam ad nigredinem decliues. Licet autem fiant de ſanguine vt plurimum, ratione cuius omnes deberent habere colorem flegmonis, tamen quia in ebulitione praedicta quandoque ſurgunt aliae malae materiae per ſanguinis corruptionem, inde poteſt decidi aliquid flegmaticum, et fient albae, aut aliquid aduſtum melancolicum, et fient virides, violaceae, liuidae vel nigrae, vt notum eſt. Et propter id forſan dixit Ysaac, ex omni humore poſſe fieri variolas.

*Signa* autem *demonſtratiua*, quibus noſcimus variolas, dicit Almansor *) in *decimo* et Avicenna in *prima quarti*, ſunt febris concluſa, et maxime in pueris et iuuenibus, ſcilicet propter ebulitionem ſanguinis, et dolor dorſi, ſcilicet per ex-

M ten-

*) i. e. *Rhaſes* ad *Manſor.*

tenſionem venae *kilis* *) a multitudine et ebulitione ſanguinis, et pruritus narium, ſcilicet ex vaporibus calidis eleuatis illuc, et grauitas capitis, ſcilicet ex multitudine ſanguinis, et rubedo oculorum ac faciei, ſcilicet ex calidis vaporibus, eleuatis a ſanguine buliente, et punctio ſentitur in corpore vel membris, ſcilicet propter materiam in ea penetrantem, vt faciat puſtulas. Quando haec apparent in febre concluſa, ſcias, vt dicit ipſe ALMANSOR, quod aegro ſuperuenient citiſſime variolae vel morbilli. Iſtis autem ſignis plura addidit ipſe *XVIII. Continentis.* Similiter AVICENNA et AZARANIVS **) *in capite praeſenti.* Vnum eſt timor in ſomnis, ſcilicet ex vaporibus motis ad caput et retentis, qui in vigiliis reſoluerentur. Secundum eſt fluxus lacrimarum, ſcilicet propter eliquationem humiditatum. Tertium eſt multitudo alitum ex multis vaporibus. Quartum eſt ſaltus, id eſt, iectigatio ex eadem cauſa. Quintum eſt conſtrictio anhelitus, ſcilicet ex multa repletione, et nocumentum vel raucedo vocis, ſcilicet propter laeſionem factam et communicatam gutturi et tracheae, ex ebulitione et vaporibus multis, dolorque capitis, ex vaporibus ſcilicet extendentibus panniculos vel facientibus compoſitionem malam diuerſam. Si ergo haec accidant, et cum eis multum anguſtiatur patiens, et nonnunquam *caſatan* i. tremor cordis vel lipotomia accidat ſibi, citiſſime veniunt morbilli aut variolae.

*Signa diſtinctiua* autem inter eas ſunt, quia, vt RHASES dicit in *Diuiſionibus*, accidentia ſunt fortiora *in principio* generationis *morbillorum*, puta, maior anguſtia, fortior caliditas et febris ſcilicet, et maior dolor, maior rubedo faciei et maior

*) i. e. vena caua.

**) Rectius ſine dubio *Alſaharauius*, vel *Ezarharagui*, medicus *Manſoris*, a. 1013. Cordubae mortuus.

maior inſtantia vigiliarum, attamen erit dolor dorſi remiſſior et minor, quia materia eſt paucior, quam in variolis, vt vult Avicenna. Deinde poſt tres aut quattuor dies exeunt a corpore toto aſperitates rubeae, durae et minutae, et quaſi ſine cupo, ſed *a principio* generationis *variolarum* ſunt praedicta accidentia remiſſiora, et deinde ad duos, tres vel quattuor dies aut amplius apparent in tota cute, et aliquando in albis oculorum, puſtulae latae, molles, ſubrubeae vel ſubalbidae, quae cum maturantur, faciunt ſaniem et cupum. Citius tamen manifeſtantur *morbilli*, et citius etiam terminantur ex maiori caliditate et ſubtilitate materiae, quam *variolae. Signa* autem *diſtinguentia tempora* in eis poſſunt elici ex dictis Avicennae. Tunc enim eſt *principium variolarum*, quando incipit pruritus, et ſicut grana milii acuta apparere. Cum vero egrediuntur et implentur ſanguine, eſt *augmentum.* Sed cum maturantur, et faciunt cupum, atque rumpuntur, et euacuantur, tunc eſt *ſtatus.* Dum vero ſiccantur vlcera, et faciunt cruſtas, et applanantur veſtigia, adeſt *declinatio.*

Ad ponendum autem *ſigna pronoſtica* de bona vel mala terminatione earum, aduertenda ſunt plura, ſcilicet apparitio earum cita vel tarda, quantitas earum, numerus, continuatio et diſcontinuatio, modus ſubſtantiae in duritie et mollitie, color earum, diſpoſitio anhelitus, eſſentia febris, et eius accidentia de ſiti et aliis. Applicando ergo omnia ſimul dicendum eſt, quod variolae cito apparentes, praecipue ſcilicet ex paucitate materiae, et pauci numeri, diſcontinuatae, molles et albae, cum pauca ſiti et bonitate anhelitus, et cum remiſſione febris et aliorum accidentium, ſignificant ſalutem aegri. Oppoſita vero omnia mortem praenunciant. Si vero non omnia in vnum conueniant, ſi tunc ſalubria praeualeant cum virtutis conſtantia, ſalutem iudica: Si timoroſa cum de-

bilitate virtutis, mortem pronoſtica, ſpecialius tamen deſcendendo ad mala. Dic pro primo vniuerſaliter, quod hae diſpoſitiones ſunt periculoſae, quia nunquam abſoluuntur a febre acuta continua concluſa cum ſaeuitate accidentium ſupra numeratorum, et proprie in ſtatu et fine augmenti apud exitum puſtularum. In *morbillo* tamen eſt maior timor corroſionis membrorum principalium et ſuffocationis, quam in variolis, et ſunt accidentia de febre et reliquis (praeter dolorem dorſi) fortiora. Vnum ſit, quod accidat criſis in eo, et fiant puſtulae in tertio, quarto vel quinto die ad plus. In *variolis* vero tardantur plus, et aliquando vſque ad ſeptimum vel nonum, vt dicitur in *XVIII. Continentis* Rhasis. Eſt ergo deterior morbus, quam variolae, niſi in certis membris, ſcilicet *auribus*, *oculis*, *naribus*, *ore* atque *gutture*. Hae namque particulae ab eis corroduntur vehementer, ſi non a principio ſuccurratur ſecundum modum infra dicendum. Aliud malum ſignum ſecundum Rhasim et Avicennam eſt, quod virides, violaceae et nigrae ſunt mortales, ſcilicet propter materiam earum eſſe multum venenoſam, et quanto ad nigredinem decliuiores, tanto ſunt peiores. Verumtameu addit Avicenna, quod ſi ipſae reſudant, i. extra accidant, et non cadat cum eis virtus, immo confortetur, poſſunt ſignificare bonum, quia ſecundum criſim euacuationis, ſecundum quam eſt materia earum venenoſa, ideo adhuc facient vlcera melancolica mala et difficilis curae, vt dicit, aut ſaltem membrorum corruptionem. Sed albae i. decliues ad albedinem ſunt bonae, vt dicit, quia ſignificant ſanguinem intus flegmaticum, et meliores erunt inter has, quae ſunt pauci numeri, ſcilicet propter paucitatem materiae, et quae ſunt citi exitus, ſcilicet a principio quaſi febris cum pauca anguſtia in exitu, et eſt febris lenta, immo minuitur in earum apparitione.

ne. Poſt iſtas autem in bonitate ſunt albae, multi numeri, coniunctae vel propinquae, absque continuatione, vt dicit Abohali *). Ratio, quia ex pluralitate et propinquitate ſignificatur maior copia materiae. Albae vero et durae praecipue atque difficilis exitus licet a principio ſui faciant aeſtimationem de ſalute, propter colorem album eſſe a ſanguine flegmatico; attamen, vt idem dicit, timetur, quod aeger ex eis veniat ad malam diſpoſitionem, quoniam cauſa earum eſt groſſa materia, quae non tota extra pellitur: Quare remanens intus corrumpetur plus, et corrumpet viſcera. Aliud ſignum Rhasis in *Diuiſionibus*. Si variolae ambularint, vt formica, aut cutem corporis corrugauerint, ſicut fit in ſpaſmo, malae ſunt. Similiter rubeae vehementer atque citrinae, praecipue et durae, ſpiſſae, inuolutae ac violaceae, omnes malae ſunt. Cauſa dicti eſt nota ex ante habitis. Aliud Abohali. Si variolae quandoque apparent, et quandoque occultantur, ſunt malae, praecipue ſi ſint violaceae. Ex primo enim ſignificatur, quod natura non bene regulat materiam. Ex ſecundo vero arguitur, ipſam fore venenoſam. Aliud malum Avicennae. Variolae, quae continuantur ad inuicem in fruſto magno quaſi carnis, habentes latera, ad formam rotundam, vel oblongam ſuple, aut ſi ſimul iunctae fiant rotundae, ſunt malae. Addit et ſimiliter, malae ſunt, quando magnae, duplices exeunt, ita, vt vna contineatur in ventre i. profunditate alterius, quoniam vtraeque ſignificant materiae multitudinem, et ſicut ex eius multitudine poſſunt coniungi in cute, ita etiam poſſunt in profundo. Aliud eiusdem, quando in eis anhelitus videtur continens i. frequens, eſt malum, quia ſignificatur aut virtutis caſus, aut diaphragmatis vel gutturis apoſtema: Ex iſtis enim fit frequens multum. Et

 addit

*) i. e. *Ebn Sina ſ. Avicenna.*

addit, ſi videris ſitim fortem cum anguſtia aſſidua viſcerum, et cum extremorum frigiditate, ſintque puſtulae virides, tunc iam percipitur aeger mori, praeſertim ſi ſint tardi exitus, vt dicit, quia ex hoc ſignificatur virtus impotens ad expellendum materiam, quae eſt praua in ſubſtantia, qualitate et quantitate, ergo etc. Aliud malum eiusdem, qui in variolis mingit vrinam ſanguineam, et ſuccedit vrina nigra. Mouetur praecipue, ſi virtus ſit debilis, quoniam ſignificatur vehemens repletio ſanguinis et acuitas ebulitionis, quare timetur ex hoc praefocatio, vt ſupra tenet *ſecunda quarti de vrina nigra.* Cum ergo peruenit ad praefocationem, mingit vrinam per extinctionem calidi, et id certificatur per caſum virtutis, quaſi eſſet cretica, virtus conſtaret. Vrina etiam viridis aut diuerſorum colorum confuſa eſt mala. Aliud eiusdem in *capite morbillorum.* Sincopis ſi fiat fortis et frequens, ſignificat mortem. Notandum autem circa haec ſigna, vt etiam innuit AVICENNA, quod plurimi, qui moriuntur ex variolis, moriuntur praefocati ex ſquantia *), eoque variolantur in gutture vel gula. Interdum tamen etiam moriuntur propter caſum virtutis, vt dicit, ex prauitate materiae. Et aliquando ex fluxu ventris, ſcilicet ſine raſura vel cum raſura, quia inteſtina variolantur, vel ſuper ea currit materia acuta. Verum iſta diſſenteria non eſt ſemper mortalis, non ei, niſi cum virtus cadit, vt AVICENNA ſentit, neceſſario eſt mortalis praeſertim. Namque ſi fiat fluxus ante earum aperitionem, poteſt eſſe ſalubris, in augmento vero et ſtatu earum eſt periculoſior communiter.

*Signa* autem *bona* ſunt, dicit ABOHALI, quando vox et anhelitus ſunt in bona diſpoſitione, vtplurimum eſt res ſalua, quia ſignificatur, membra, et praecipue ſpiritualia, eſſe ſana,

*) i. e. ſynanche ſ. angina, vnde *eſquinance* Gallorum eſt.

na, et materiam ab eis expulſam. Aliud, quando morbilli et variolae bene exierint, et purgantur, mundificant corpus, et ipſum a morfea et lepra praeſeruant. Aliud. Hae puſtulae quando contingunt cretice in praeſenti febre peſtilentiali, cum conſtantia virtutis, ſunt bonum ſignum. Et propterea dicit AVICENNA, ſaluius eſt, quod ſit febris, deinde fiant ipſa, quam quod praecedant, et deinde ſequatur febris, ſcilicet perſeuerans. In ſecundo enim caſu non ſic cretice veniunt, ſicut in primo. Aliud RHASES in ALMANSORE. Si virtus conſteterit, et anhelitus bonitatem ſeruauerit, appetitus remanſerit, ſitis et caliditas ſint remiſſa, puſtulae cito exierint atque faciliter, et apparentes extra remanſerint, remanentes cito maturauerint, maturatae ſaniem fecerint laudabilem, et non virus fetidum, et viſcera dolorem non ſenſerint, et ſit aequalitas caloris in toto. Haec omnia, vt dicit in fine capituli, ſunt ſigna bona, inter quae tamen certius ſignificatur virtutis diſpoſitio. Fortis enim virtus cum aliis bonis ſignis certam ſignificant ſalutem, ſed cum timoroſis pronoſticat timorem. Debilis vero exiſtens et cum malis ſignis apparens procul dubio certam ſignificat mortem.

*Cura* vero huius febris cum puſtulis dictis, licet inter peſtilentiales numeretur, (de eis namque in peſtilentia apparentibus principaliter fit ſermo) tamen differt a communi diaeta febris peſtilentialis ſupradicta. Vnde regimen huius febris atque variolarum et morbillorum apparentium in ea diuerſificatur ſecundum diuerſitatem aetatum, in quibus fiunt, et ſecundum diuerſitatem temporum puſtularum principaliter, quam diuerſitatem non opus eſt ita conſiderare in alia peſtilentiali, facta ſine his puſtulis. In principio itaque, id eſt, ante apparitionem puſtularum, caueatur regimen groſſum, immo ſit tenue adeo, quod non detur, niſi ptiſana non

colata,

colata, mane et ſero, ſi virtus tolerat, vt ALMANSOR ait, ſitque infrigidatiuum et extinctiuum ebulitionis, cuius contrarium obſeruant mulieres, communiter exhibentes a principio calida. Nec excuſantur, quod RHASES *XVIII. Continentis* cum aliis auctoribus prohibet frigida in principio, quia loquitur de principio apparitionis, ſcilicet quando incipiunt apparere. Quo caſu conferunt leniter calida educentia extra. Sed hic eſt ſermo noſter de principio, antequam incipiant apparere, ſcilicet de principio febris concluſae cum ſignis ſuprapoſitis, ſignificantibus aduentum puſtularum. Sit denique regimen confortatiuum membrorum, quia ſtipticum et ingroſſatiuum ſanguinis. Ne tamen illa noceant conſtipando ventrem, miſcenda ſunt cum eis lenitiua, vt ſeſe reprimant. Sed cum praedicta tenuitate diaetae non conſulo in noſtra regione ſtare, propter ingluuiem hominum. Da ergo ordeatum conditum cum aceto, lentes coctas in aqua cum modico aceto, abiecto cortice, riſum, amidum cum zuccaro et oleo amigdalarum, pultes farinae ſimulae cum lacte vſtulato, tandaruſum, micam panis lotam in aqua frigida, et poſt expreſſam et infuſam in robub ſtiptico, poma mutiana cocta vel citonia cocta, lactucam et acetoſam, boraginem cum aceto. Attamen noli dare multiplicantia ſanguinem vſque ad veram declinationem. Vnde RHASES in lib. *Diuiſionum* dicit, *et non cibes eum in his duabus aegritudinibus pullis*, *donec cadant cortices*, *et recedat ſitis et malicia anhelitus.* Et in *Almanſore* dicit, *pullos non comedat, niſi remotis corticibus variolarum*, *et cum febris atque omnis calor fuerit a corpore ſeparatus*, ſcilicet niſi adſit virtutis debilitas. Quo caſu valet pulla cocta cum lactuca vel agreſta, oua ſorbilia in aceto cocta, et aues paruae coctae in aqua cum aceto modico.

In potu

In potu bibat cum cibis vinum granatorum aut aliud robub acre. Inter prandia proſiti exſtinguenda valet aqua ordei cum aliquo acetoſo, et iulep roſatum cum aqua, et non bibat vinum hoc tempore. Aer vero hoc tempore declinet ad frigidum et ſiccum, plus vel minus, ſecundum intenſionem febris maiorem vel minorem, et alteretur cum odoriferis dictis in capitulo vniuerſali curae. Neque id paruipende, ſequendo conſilia vetularum, quae a principio febris patientem tenent ſuperflue calidum in aere calido, et cum pannis multis cooperiunt, quia inde intenditur calor, augetur anguſtia cum aliis accidentibus, et tandem mors ſequitur. Rege ergo patientem cum dicta diaeta per tres aut quattuor dies, donec puſtulae exire incipiant, cauendo animae paſſiones et quaecunque alia, quae poſſunt inflammare. Et teneatur venter lenis cum ſuppoſitorio non acuto vel cum cliſteri ex ordeo, vitello oui, zuccaro et modico ſalis. Sed quoniam lactantibus ſaepe eueniunt hae paſſiones, quae non bene poſſunt dicta obſeruare, ſtude ergo nutricis regimen rectificare, et ſi ipſa calidae foret complexionis, dimitte eam, et elige iſto tempore aliam minus calidam. Si etiam ipſa abundet ſanguine, vel alius peccet humor, minuatur aut leniter educatur ſecundum exigentiam humoris. Et ſi cum hoc robuſta foret, et coitui aſſueta, et tamen diu ab eo remota fuiſſet, conceditur, vt coeat. Poſtea tamen infantem non lactet, niſi hora vna vel duabus tranſactis. Infans autem ponatur in aere correcto, vt ſupra, in cunabulo, quod moueri debet ſuauiter ab aliqua cantante dulciter, et praeſertim poſt lactis ſumptionem, ne puer ad vagitum vel iram prouocetur. In potione autem conuenit a principio ſecundum omnes fere autores confectio perlata, trociſci de camfora et trocisci de ſpodio cum aliquo acetoſo, quoniam

 ma-

materias acutas reprimunt potenter. Sed in eis, quae in febre peſtilentiali fiunt, praecipue conuenit dare aliquod bezearticum frigidum vel temperatum, vt materiae venenoſitas exſtinguatur. Et id poſſet etiam in lactantibus fieri, dando nutrici partem, immo ſibimet aliquid de aqua iſta ad lambendum tribuatur. Deinde antequam variolae exiant in febre concluſa, ſi aetas et virtus conſentiant, flobotoma cefalicam, ſcilicet dextram, copioſa flobotomia, vt dicunt autores, ſcilicet extrahendo vncias ſex aut ſeptem, vel, vt in *Continenti* dicit RASES, vſque ad lipotomiam. Sed plus laudo fieri in quantitate dicta, et poſt eadem die facere eius ſecundationem, iterum extrahendo iuxta febris eſſentiam, complexionem et aetatem, atque virtutem aegri, quoniam flobotomia minorat materiam multam, facitque naturam potentem ſupra reſiduum, et eam infrigidat, et temperat eius ebulitionem. Quodſi a principio negligatur vel fiat inſufficienter, tunc timetur corruptio extremitatum corporis, vt ABOHALI dicit. Ergo magna eſt flobotomiae neceſſitas. Attamen ſi videas naturam mouere materiam ad partes faciei, et tentare fluxum ſanguinis narium, adiuua eam cum ſetis porcorum vel alio prouocante, et ſi copioſe fluxerit, excuſat forſan a flobotomia. Sed ſi prouocare non poſſes, tunc imminet timor de corruptione alicuius membri faciei, vt naſi, oculorum etc. Hoc ergo caſu, praemiſſa flobotomia cefalicae, incide venam leporis naſi, quia partes ſuperiores per eam tuentur a nocumento variolarum, vt idem dicit: Si vero aetas prohibeat a flobotomia, et tamen conſentiant ſcarificationi, tunc pone ventoſas cum ſcarificatione, primo ſuper nates, deinde ſuper ſpatulas, extrahendo de ſanguine iuxta tenorem virtutis, complexionem et febris eſſentiam. Et haec omnia ante apperitionem variolarum

larum fiant. Poſtquam enim ceperint apparentia, vt in die quarto, ſiue ante, ſiue poſt eum, tunc amplius non conuenit flobotomia, quia ſunt quidam modus criſis euacuationis vel permutationis, et flobotomia faceret materiam reuerti intus, criſimque impediret, niſi certe maxima foret materiae repletio, quia, vt AVICENNA dicit, flobotomia tunc eſt neceſſaria, neque diuertet tunc intus materiam, quae venas exiuit, quia tanta eſt materiae repletio, quod minoratiua flobotomia venas non inaniet, vt materiae ſugantur ab eis, ſed tantum minorabit ſuperfluam repletionem. Ideoque, vt dicit, debet fieri iſta flobotomia quantitate, qua exſiccet i. minoret de materia, et non diuertat.

Et de *morbillis* a principio febris concluſae ante eorum aperitionem idem intelligatur, ſi materia ſanguinea vel ſanguini mixta ſit replens, vt auctores dicunt. Sed ſi non ſint ſigna dominii ſanguinis, educ cum leniter ducentibus coleram, verbi gratia, dicit RASES in *Diuiſionibus*, cum aqua prunorum et granati acidi, et aqua ordei et melonis cum zucaro et mucillagine pſilii. Dum autem, ſanguine peccante, feciſti flobotomiam, tunc vltra ipſam fac etiam lenitionem ventris, praecipue cum tamarindis, vt dicit AVICENNA, et poteſt conſolari cum cautela et facilitate, vt dicit, addendo caſiam, ſyr. auſt. vel decoctionem prunorum, vt etiam SERAPIO docet *ſexto Breuiarii.* Sed fortes medicinas caue, ne dederis, quia hic cadit timor magnus diſſenteriae pernitioſae. Praedictam etiam medicinam conuenit dare, vbi non poſſet fieri flobotomia. Sed in augmento, cum iam coeperint apparere, ſicut puncturae pulicum vel ſicut capita parua milii, tunc adiuua naturam ad expellendum materiam. Et hoc fit primum cum diaeta. Sit ergo aer calidus, et vi-

tetur frigidus pro poſſe, ne aegro occurrat, et eum tangat, maxime in hyeme, vt dicit AVICENNA, vbi tamen eſſet maxima caliditas cum nigredine linguae. Sit temperatus aer, vt idem dicit, cooperiaturque tunc patiens minus. Alias vero vltra ſolitum cooperiatur, et dicit RASES adeo, quod ſudet. Et dicit AVICENNA, fiat cum eo id, quod fit cum ſudante, ſcilicet, quia caueat frigus, ſicut ſudans, quia frigus opilat poros, et facit intus redire materiam, et ſic facit nauſeam, vt patet *ſecunda Probleumatum* XVIIII. *Probleumate.* Et panni, quibus cooperitur patiens, ſecundum GERARDVM *ſuper Viatico in gloſa*, debent infundi in ſuco apii et feniculi, et patiens inuolui. Communiter tamen cooperiuntur pannis rubeis, quia habent proprietatem in attrahendo materias harum ad exteriora cutis. Et ſic remittitur ebulitio magna, quae eſt in ſanguine. In cibis non conueniunt dicti ſupra frigidi, neque potus frigidi, ne materiam intus retineant, et conuertant ad principalia membra. Vti ergo debemus ſubtilibus et temperate calidis atque aperitiuis, qui prouocent ad cutem et circumferentiam ſine calefactione multa, vt ſunt lac amigdalarum, pultes ordei et auenae, brodia piſorum et cicerum, vel radicum petroſilini, et ſimilium. Et in potu detur vinum debile limfatum in parua quantitate, et teneatur venter lenis cum ſuppoſitoriis non acutis vel cliſteriis, vt ſupra. Sed noli ſoluere cum fortibus, vt AZARANIVS, RASES, AVICENNA et alii dicunt, quia de aegritudinis huius conſuetudine eſt, ait SERAPIO, vt accidat in fine eius ſolutio ventris timoroſa propter debilitatem inteſtinorum. Et ALMANSOR: *Summopere caue aliquod, quod ventrem ſoluit, tribuere patienti, cum iam apparere coeperint variolae*, ſcilicet ex praedicta cauſa de debilitate inteſtinorum, cum hoc deriuat farmacum materiam ad centrum,

et

et ſuffocabit forſan, quemadmodum et flobotomia faceret hoc tempore, vt ſupra dixi, niſi eſſet maxima materiae repletio. Quo caſu debet fieri minoratiua duntaxat. In potione conueniunt etiam medicinae ſubtiliatiuae, apparatiuae et ducentes ad cutem iterum ſine multa caliditate, vt de cibis dixi. Itaque ſi iuuare velis naturam, ſicut expedit facere, quando tardant exitum puſtulae, in hoc valet decoctio radicum apii et feniculi cum zucaro vel decoctio ſeminum eorum cum modico croci. Et decoctio ficuum eſt bona, expellens vehementer ad extra, dicit AVICENNA. Cuius ſignum eſt generatio pediculorum. De compoſitis bonis valde, quando non eſt magnus calor, inducens anguſtiam fortem, eſt id. Recipe paſſularum, liquiritiae, capilli veneris, feniculi, dragaganti, ficuum, violarum, iuiubarum et lacte, ſcilicet gratia confortationis epatis, ana. Coque et miſce parum croci, et da mane, ſero et meridie. Alia potio fit ex lentibus excorticatis et ficubus, ana parte vna, cum media parte ſeminis feniculi et quarta parte lacte, coque in aqua ad meridiem, et da, vt ſupra, iterum, quando non eſt fortis inflammatio. Vnde AVICENNA: *Et quando incipiunt apparere* (ait), *et non inuenitur in exitu earum alleuiatio, immo ſentitur caliditas inflammata et lingua ad nigredinem decliuis, tunc caue, ne calefacias, quia ſignificatur ebulitio praua.* Et ante dixit: *Quando ex coopertura et calefactione accidit ſincopis vel quaſi ſincopis, tunc eſt neceſſarium regimen aeris frigidi per inſpirationem, et ventoſi per apertionem portarum et feneſtrarum.* Immo ſi non eſt excuſatio, oportet corpus detegere paulatim, et aeri frigido et ventoſo exponere, vt dicit. Tunc ergo in prouocando valet aqua diſtillationis capilli veneris, quam potes fortificare cum pauco croco. Valet etiam ſirupus violatus cum decoctione liquiritiae, incubarum *), dragaganti, paſ-



*) Leg. *iuiubarum.*

ſularum et aliorum pectoralium, eo, quod pectus hic plus laeditur, quantum plus de vaporibus et materia communicatur. Vel fac id AVICENNAE. Recipe lactucae ablutae, lentium excorticatarum ana dragmas vj. dragaganti dragmas iij. Coque in lib. ß. aquae ad conſumptionem quartae partis, adde parum zucari, et da in potu. Et GIRARDVS CREMONENSIS ad eductionem variolarum in pueris dedit ſolam decoctionem lenticulae. Et ſi in plantis pedum et manuum ſentiat puncturam patiens, tunc dicit RASES in *Diuiſionibus*, aſſiduet poſitionem earum in aqua calida, ſcilicet ad accelerandum exitum puſtularum. Et ad accelerandum etiam eas in facie, videlicet odorare crocum ſecundum AVICENNAM, quia attrahit eas extra.

Sed hic nota, quod praedicta prouocantia non ſic ſunt neceſſaria *in morbillis*, quia eorum materia eſt pauca et ſubtilior, apta a natura educi. Secundo nota, quod in egreſſu variolarum propter materiae multitudinem aut prauitatem, aut eius ad aliquod membrum facilem decurſum timere habemus *de* quorundam *membrorum corruptione.* Ideoque ipſa *defendere* debemus cum his, quae RASES, AVICENNA et alii ſcripſerunt, ne inde corrumpantur aut laedantur. *Ad defenſionem* ergo *oculorum*, exprimatur in oculos lac mulierum, vel inſtilla in eos aquam roſarum, proprie ſi ibi buliant ſumach vel berberi, petiasque ibi infuſas ſuperpone. Haec, vt dicit RASES *in libro de peſtilentia capitulo octauo*, ſufficiunt cauſa tutelae in peſtilentia obſcura et mediocri, quia talis rarius exoritur in oculis. Et ſubdit: *Sed cum videris in principio ingentem acceſſionem et pruritum fortem ciliorum, et ruborem oculorum et quorundam aliorum locorum, adhibenda ſunt ſtabilientia oculum valide, vt eſt inſtillatio dicta roſarum cum puluere granorum granatorum acidorum, ſumach et ſimilibus, et aliis fiant collyria facta ex glautio i. memite, acatia*

*et*

*et aloe ana*, *cum parte decima vnius de croco*, *et ſtilla etiam in oculum.* In ALMANSORE vero laudat antimonium cum ſucco coriandri humidi ſaepius inſtillare, *naſo* quoque et *auribus* dicit RASES *in libro de peſtilentia*, praecipue etiam, ne in eis multa exſugat putredo, quae patientem offendat, et adhuc magis, ſi in aure pullulauerint. Expedit ergo, vt dicit, colliria frigida ſtiptica auri immittere bis aut ter in die, vt oleum roſarum vel mirtinum, vel aquam roſarum praedictam, canforatam parum, quando patiens poteſt odorare etiam, et inde nares illinire. Non inconuenit etiam iſtis caſibus, et maxime in primo, per defenſionem oculorum diuertere poſterius fricando collum leniter, ſemper ducendo poſterius. Ad defenſionem autem *oris*, *linguae*, *palati* atque *gutturis* valet zucarum roſarum, retentum in ore, collutio oris ex aceto et aqua, vel ex decoctione lentium et ſumach, atque ſimilium, vel ex lacte caprino cum aqua roſarum, vel ex aqua roſarum aut plantaginis cum aliquo ſucco acetoſo. Omnia tamen iſta pro *gutturis defenſione* debent gargarizari. De iſtis dicit RASIS *libro de peſtilentia capitulo octauo* ſic. *In gutture quoque et ore ſaepe phymata et puſtulae pullulant, prohibentes ſpiritum, et ad ſuffocationem ducentes. Ideo ante hanc oportet habere diligentiam, quia cum iam affectio ſuffocationis aduenerit, neque ſalutis ſpem, neque curam habebimus. Simul enim cum ſigna apparuerint febris peſtilentialis, fac patientem gargariſare ex ſucco ſicomori vel mali granati acidi, vel aliis humoribus exſtinctiuis ſcilicet et ſtipticis, vel ex aqua ſimplici frigida frequenter faciendo, ſi non ſit quippiam prohibens. Sic enim faciendo aut prorſus nil pullulabit in gutture, aut perpauca erunt pullulantia, quia loca iſta roborata ſtipticis minime erunt idonea ad excipiendum ſuperfluitates.* Haec ipſe. Ad horum omnium ſuperiorum membrorum defenſionem, bonum eſt ſumere

poſt

poſt cibum dyaconiten cum zucaro, aut grana coriandri, vel buccellam panis infuſi in aliquo ſucco acetoſo et ſtiptico. Defendimus autem merum et ſtomachum cum iulep, facto ex iulep roſarum partibus quattuor et ſirupo mirtino parte vna, miſce cum aqua ordei vel endiuiae, et ſugat patiens inde frequenter. Id idem defendit *inteſtina ſuperiora* a nocumento. Ad *inteſtina* vero per *inferiora* defendenda vtere ſtipticis ſecundum Avicennam, vt roſarum rubearum Miß. rizi, pannici ana Mß. fiat decoctio in aqua pluuiali vel extinctione calibis, in cuius lib. vna diſſolue zucari roſ. veteris et olei roſarum ana vncias duas. Fiat cliſtere. Ad prouidendum vero *pulmoni* facit Avicenna lohoc de lentibus, ne pulmo vlceretur. Fac ergo ſic. Recipe lentium excorticatarum et ſubtiliter tritarum vncias tres, ſeminis papaueris albi vnciam vnam, conſeruae roſarum vncias duas, iulep roſati q. ſ. fiat lohoc, de quo lambat aeger. De *articulis* etiam Rases in *de peſtilentia*, vbi ſupra, habere ſollicitudinem, ne in eis pullulet peſtilentia, id eſt, puſtula peſtilentialis, antrax et immoderata, quae forſan abſumat et patefaciat oſſa atque tenantos, id eſt, cordas, et coniunctiones, id eſt, ligamenta. Adhibe ergo eis, vt dicit, glautium, id eſt, memite, ſandalum, bolum armenum, et roſas cum aceto et rodoſtagmate, id eſt, oleo roſarum, in vnguento, non longe ab ipſis periculis. Sed cum plurimum pullulabunt, ibi effunde haec in ipſo loco. Et hic ſis cautus, vt non excedas, neque proferatur tempus, quia periculum exceſſus in hac parte (vt dicit) non eſt contemnendum.

Demum

Demum dicit: *Si in pelmatis*, (id eſt, in dorſo plantarum pedum) *pullulant plurimum, tunc ad ſedandum dolorem attere haec loca cum oleo calido, aut contunde dactilos, et irriga ex butiro, et illinito, aut ex mucillagine ſeminis zizami, ſuple vel ſenu graeci aut lini illineas, quia haec cutem mollificant, et procliue reddunt peſtilentiae excrementum, et dolorem ſedant.* Et dicit in libro *Diuiſionum, aſſiduet poſitionem pedum in aqua calida.*

In ſtatu vero, cum totaliter exierint puſtulae, tunc, vt dicit Rases in *Diuiſionibus*, debemus iuuare naturam ad maturandum puſtulas cum vaporatione aquae calidae. In hoc iuuat etiam bene cooperiri membra, et maxime extrema a fonte caloris diſtantia. Noſcuntur autem eſſe maturatae ex earum albedine et leuitate, atque remiſſione febris, ſed vbi ad maturationem non coeperint peruenire, dicit, rege patientem regimine habentium apoſtema calidum cum aqua ordei et reliquis iuxta intentionem caliditatis. Cum vero fuerint maturatae, noli differre apperitionem, ſicut mulieres tardare praecipiunt communiter, immo rumpe eas cum acu ferrea, vel, vt dicit Avicenna, cum aurea, ſcilicet gratia facilioris ſanationis. Niſi enim rumpantur, tunc ſanies corrodit locum, in quo eſt, et fiunt ex hoc cicatrices turpes. Facta ruptura, purgentur loca a ſanie cum coto leniter, et exſiccentur loca. In hoc tempore hiemis valet, quod patiens *fumigetur* vel teneat membra variolata ad ignem factum ex lignis tamariſci. Et praeſertim fiat id *in manibus* et *pedibus*, vel *facie*. In aeſtate vero fiat fumigium cum foliis mirti, roſarum et ſandalorum, poſitis ſuper prunis. Vel recipe thuris, nucum cipreſſi ana vnciam ß. mirtillorum et foliorum eius ana dragmas duas aut tres. Con-

quaſſa et pone ſuper prunas ad fumigandum, et eſt forte exſiccatiuum. Quodſi adhuc tardatur earum exſiccatio, vt fit, dum ſunt multae humiditatis, buliant res dictae in aqua cum alumine et ſulfure, et ibi mitte corpus, vel ſalias corpus ſecundum doctrinam. Vnde Rases XVIII. *Continentis* et Avicenna iubent, quod farina fabarum, riſi, milii, pannici et ordei ana, ſubtiliter pulueriſata et poſita in orali, ſalipizetur ſuper linteamina, in quibus quieſcit aeger. Et ſi ita delicatus fuerit, vt ferre non velit, tunc ſalipiza culcitram tantum, et poſtea ſuppone linteamina panni ſubtilis, rari et veteris. Iſtum autem modum non obſeruant communes practici. Sed poſſes loco eius lanam infuſam in aqua ſalſa ponere iteratis vicibus ſuper loca puſtularum, vel infunde in aqua iſta. Recipe aquae roſarum libram vnam, ſalis communis, aluminis, ana vnciam ß. croci ſcropulum medium, ſcilicet ad maturandum, ſi aliquae non ſint maturae ex toto, coque ad conſumptionem tertiae partis, in qua infunde lanam vel petiam, et expreſſam ſuperpone puſtulis ruptis, ſcilicet maturatis, quia ſi aliquas immaturas rupiſti, caue, vt non ponas ſuper eis, ne dolorem inferas, et per hoc accidat apoſtema. Vnde Avicenna dicit: *Et non ſaliantur ante complementum maturationis.* Id enim forſan faciet accidere dolorem fortem et apoſtema. Et haec debent in variolis duntaxat fieri.

In *morbillis* non eſt neceſſarium, quia ibi non eſt manifeſta puſtula, ſed ſolum quaedam aſperitas. Ratione cuius tamen adhuc conuenit in declinatione lenis fricatio facta toti corpori cum pannis rubeis calidis, vt facilius et citius materia, quae ad cutem pulſa fuit, reſoluatur. Cum vero puſtulae vel variolae fuerint ſiccatae, et remanſerit deſuper foedus cortex et habens eſcaras, docet Almansor ſaepius vngere in die cum coto illinito vel infuſo in oleo communi tepido,

tepido, quia inflat et imbibit eas, quare cadunt. Sed prohibe tunc aegrum, ne ſe ſcalpat (in facie praeſertim) cum vnguibus, quia aliter fierent cruſtae et turpia veſtigia. Et pone eum in balneo aquae dulcis tepidae, ſine mora longa in eo, quia attrahendo nutrimentum ad membrum generat carnem, et replet veſtigia.

Sed quoniam accidunt patientibus varia *accidentia*, ideo ea etiam erunt corigenda. Si ergo accidat *fluxus ventris*, docet ALMANSOR dare in potu ptiſanam cum ſpodio, bolo armeno, roſis et gumi arabico. Et SERAPIO *ſexto Breuiarii* dat trociſcos de ſpodio cum ſemine acetoſae, et fiat regimen ſtipticum, vt in *XVI. tertii* ordinatur. Si vero generentur *vermes*, vt ſaepe fit in pueris, tunc dicit AVICENNA, oportet non aproximet, ſcilicet ventri ab extra, oleum aliquod omnino ſecundum frigidum vel viſcoſum. Et infra dicit: *Oportet, vt alienes emplaſtrationem ventris*, *ſuple ex frigidis vel opilantibus poros*, vt ſaepe faciunt medici hoc caſu. Et dat cauſam, quia conſtringunt meatus, et ſic retinent meatus materiam variolarum, vnde vel ſuffocabunt patientem, vel malum fluxum inducent. Tu ergo pone ex ſuccis amaris et aperitiuis ſuper vmbilico pueri, et fac cliſtere ex decoctione ſiliginis vel lacte cum zucaro, et fac reliqua dicenda in capitulo ſequenti. Sed ſi ex variolis accidant *vlcera*, docet AVICENNA ea curare cum vnguento albo, ſcilicet communi, quod ponitur a NICOLAO, fiat tamen ſine aceto in hoc caſu. Et maxime fiat cum vnguento albo confortato cum aliquantulo canforae vel raſura corticum ſalicis, vel curentur cum vnguento rubeo, poſito in quinto caſu, vel cum vnguento de ceruſa, ſcilicet ſecundum primam aut ſecundam deſcriptionem AVICENNAE in *quinto*, aut etiam

Mesve, vel cum vnguento facto ex litargiro et ceruſa ablutis, et cum cera et oleo roſarum incorporatis.

Et ſi accidant *cruſtae in naribus* vel alia parte, laudat Avicenna vnguentum ex oleo roſarum et modico climmiae et ceruſae, quia remouet eas. Ad idem valet butirum lotum in aqua roſarum, et ſi placet, recipe olei roſarum, auxvngiae gallinaceae ana vnciam j. laua cum aqua roſarum, et poſtea adde cerae liquefactae dragmam j. ceruſae et litargiri ana dragmam ß. Fac vnguentum, et illinito in cruſtas. Ad eradicanda autem *veſtigia* et *cicatrices* turpes, quae ſaepe remanent in membris apparentibus, habuiſti ſupra de cura bubonum et antracis multa laudata a Rasi, et hic ab Avicenna. De quibus ſunt radix arundinis, ſarcocolla, ſemen melonis etc. Ideo propter abbreuiare ad dictum locum recurre. Sed inter alia praeualet aqua, quae currit ex vngue arietis ſcilicet vel caprae, dum aſſatur. Procul dubio enim, vt dicitur *XVIII. Continentis*, facit eas delitescere. Valet quoque ſanguis tauri, et ſanguis leporis calidus inunctus.

---

# DELINEATIO
## DOCTRINAE DE VARIOLIS ET MORBILLIS QVATENVS AD ARABISTAS SPECTAT.

Hactenus ipſa Arabiſtarum fragmenta. Reſtat, vt, quam fieri poteſt breuiſſime, decreta veluti lacera et hinc inde diſperſa contrahamus, lectoribusque viam aperiamus ad perſpiciendum, quid et quatenus *de variolis et morbillis* ſenſerint.

Pertinent *variolae* ad ſynochum, (nam febris aliquot dies ante ſolet incidere) ſuntque quaedam apoſtemata ſiue puſtulae paruae, rotundae, omnem fere cutim occupantes, contagioſae, infenſae pueris, rarius iuuenibus, rariſſime ſenibus, ſub initio ſubrubrae, ſub maturatione albeſcentes, aliae poſt alias erumpentes, citius ſub tempeſtate calida, tardius ſub frigida, omnium optime poſt tertium vel quartum diem,

diem, aliquando demum poſt ſeptimum vel nonum. Leniora ſunt ſymptoma in variolis, grauiora in morbillis. Interdum conſertim occupant os, linguam, epiglottidem et guttur. *Principium* morbi eſt, vbi prurit cutis, et maculae apparent, *augmentum*, vbi variolae egrediuntur ac rubent, *ſtatus*, vbi maturantur et pus dimittunt, *declinatio*, vbi ſiccantur et defluunt. Mors fere ob virium defectum et anginam incidit, rarius ab diarrhoea. *Imminere variolas* docent pauor in ſomno, febris vehemens, dolor capitis et dorſi, fulgur ac rubor oculorum et faciei, lacrumae, grauitas et dolor gulae, ſpiratio difficilis, tuſſis, pruritus narium et ſternutamentum, vox aſpera et rauca, tremor manuum, punctio in omni ſuperficie corporis, deinde maculae rubrae, poſt veſiculae aqua plenae. *Bonum* eſt, ſi febris praeit, et variolae ſequuntur, ſi cito prorumpunt et maturantur, ſi ſunt paucae, molles, albae, ſubrubrae, ſubflauae, magnae et diſcretae, ſi ſpiritus facile ducitur, et vox bona eſt, ſi vere veniunt, ſi ſitis et febris moderata eſt, ſi poſt eruptionem ſe remittunt, et ſi appetitus perſiſtit. *Mediae variolae* ſunt tarde erumpentes ac maturantes, magnae, albae, durae, copioſae, confluentes. *Malum* eſt, ſi poſt eruptionem aluus cita, viridis, nigra et fetida eſt, ſi variolae difficulter exeunt, vel paruae, virides, citrinae, liuidae, nigrae, vlceroſae, ſciſſae, ſiccae, durae, tardius maturantes, rugoſae, inuolutae et ſpongioſae ſunt, ſi ſanguinis mictus ſuperuenit, vel vrina nigra et mutabilis eſt. *Peſſimae* et *mortiferae* habentur, ſi ſunt colore liuido, viridi vel nigro, ſi ſaniem fetidam ac virulentam plorant, modo foras apparent, modo introrſum redeunt, ſi iuſto citius ſiccantur iterumque prorumpunt, ſi aeger difficulter ſpirat, ſi febris vehemens, anguſtia et ſitis magna, virtus debilis, vrina cruda, nigra vel viridis eſt, ſi palpitatio ab regreſſis variolis et ſyncope magna ſuperuenit, vel ſi dolor in profundo eſt.

*Naſcuntur* vero *variolae* ex ſanguine putrido corrupto, maxime ab reliquiis menſtrui impuri, (hinc fere in pueritia et adoleſcentia, rarius in ſenectute expelluntur) rarius ab malo victu, ſaepius poſt caelum auſtrinum et inſalubre ac poſt malas criſes, maxime ſub vere ac autumno, minus ſub aeſtate ac hieme, antecedunt epidemicae peſtilentiam, tuncque ſunt periculoſae. Interdum oriuntur ab contagione, extrinſecus allata. Dantur earum *quatuor ſpecies*, *ſanguineae*, eaeque ſubrubrae, ſuperius acutae, inferius latae, cito maturantes et ſuppurantes, *cho-*

*lericae*, ſubrubrae, ſubflauae, acutae, pungentes, minus latae, *melancholicae*, fuſcae, nigrae, liuidae, virides, magnae, durae, verrucis ſimiles, *phlegmaticae*, ſubalbidae, molles, latae, difficulter ſuppurantes. Dantur etiam *propriae* i. e. ex ſanguine menſtruo profectae, eaeque verae, et *impropriae*, quae ab victu ceterisque rebus fiunt. Fieri etiam poſſunt *in viſceribus internis*, v. c. in pulmonibus, hepate, ſplene ac inteſtinis, cum non ſatis ad externam cutim pellatur materia, interdum *bis*, non facile in fetu, fere neceſſario in omnibus hominibus. Sunt interdum duplices i. e. in medio quaſi alia inſidet, eaeque malignae. Apta ſunt corpora calida et humida. Saepe incidunt *metaſtaſes*, hinc caecitas, diarrhoea, ſyncope, phthiſis, mors. *Curantur* varie pro diuerſo morbi ſpatio et aetate, ſub initio moderate calidis et humidis, et leuiter pellentibus, cauendo frigus, aquam frigidam et olea, fugiendo repercutientia epithemata, et circa diem ſeptimum medicinam purgantem, ne aluus ſoluta veniat. Iuuant ſub principio aer frigidus et acida pro aeſtu extinguendo, decocta mucilaginoſa, laxantia lenia, lotiones alui, venaeſectio ſub initio larga, ſi ſanguis abundat, et febris multa eſt, vel ſcarifatio, danda camphora, ad euacuandas variolas ſuperhabenda fomenta tepida ex mollientibus herbis facta, et ſi vires cadunt, iuſcula concedenda, ſi tardant exire, adhibenda, quae exitum cient, ſi noua ſuccedit inflammatio, repetenda ſanguinis miſſio, ligandae manus, ne aeger ſcalpat, et cauendi prae ceteris oculi. *Puſtulae maturae* et *magnae* aperiantur acu vel forpice, etiamſi quidam hoc metuant. *Puſtulis ſiccari coeptis* et *defluentibus* ſuperhabeantur leniter ſiccantia et ſal. Ad *veſtigia variolarum delenda* iubent imponi lithargyrium, et plura artis praeſidia adhiberi *ad cauendas nares*, ne vlcerentur, *ad maculas vel puſtulas oculorum*, ne viſus pereat, *ad guttur* et *os*, ne ſequatur angina vel vlcus gulae, *ad pulmones*, vt caueatur ſuffocatio et phthiſis, *ad diarrhoeam*, quae ſub initio ſtudioſe cauenda videtur, denique *ad cicatricem inducendam*, vt corporis foeditas arceatur.

Neque minori cura verſantur in explicanda *morbillorum* hiſtoria. *Morbilli* ſunt parua apoſtemata contagioſa, et dicuntur etiam *punctilli parui*, videnturque eſſe roſeae, minores, citrinae, rotundae, acuminatae, homini ineuitabiles, minus incidentes oculis, minus copioſae et durae, quam in variolis fieri ſolet, parum ſuper cutim ela-

tae

tae, cum maiori inflammatione, anxietate oculorumque lacrumatione copulatae. Maxime fiunt infantibus et pueris, raro adoleſcentibus, rariſſime ſenibus, vtplurimum in vere, aeſtate, autumno, rarius hieme, febris maior eſt, in cute aſperitas ſubflaua pruriens, citius erumpunt ac abeunt, ac in variolis, habita tamen ratione anni temporis. Nonnunquam in adultis veniunt poſt criſin febrium acutarum imperfectam. *Signa morbillos praenunciantia* ſunt fere eadem, quae variolarum, ſed vehementiora, cum maxime dolor dorſi minor et lacrumarum fluor, maior anguſtia et calor, dolor, febris, rubor faciei, vigilia, tuncque poſt tres quatuorue dies exeunt a corpore toto aſperitates ſubrubrae, durae, paruae, acuminatae. *Malum* eſt, ſi ſub exitu morbillorum non ſequitur alleuatio, remiſſio febris et lingua pura, vel ſi diarrhoea ſuperuenit, et maior metus eſt, ne viſcera vitalia afficiantur, aegerque ſuffocetur. *Naſcuntur morbilli* ab ſubtili et acri cholera, inde ab vtero repetenda, (hinc vocatae *variolae cholericae*) et a ſanguine bulliente corrupto. Quin et in interioribus partibus fieri ſolent. *Curantur* ſub initio ſanguinis miſſione, ſi plethora vrget, (alias ſuperflua eſt) magis leni alui purgatione, acidis, regimine frigido, ſub fine leni frictione. Debet vero aer eſſe temperatus, ſub exitu paullo calidior, cooperiri aeger modice, caueri frigus, corpus frigido exponi, ſi aeſtus vehemens et ſyncope vrget, et quam maxime vitari id, quod pellit et euocat.

Haec dum ſcribunt Arabiſtae, videntur duces ſecuti fuiſſe Arabes, ac repetiiſſe, quae ab iis acceperant. Et haec praecepta, ſi in formulis magis materiam, quam formam reſpicias, etiamnum vera putamus.

FINIS.

# INDEX AVCTORVM.

Praefatio. Pag. 1.
1. Conſtantinus Africanus. 2.
2. Matthaeus Siluaticus. 4.
3. Bernardus Gordonius. —
4. Ioannes Anglicus de Gadeſden. 9.
5. Gentilis de Fulgineo. 26.
6. Michael Scotus. 33.
7. Rolandus Parmenſis. 34.
8. Guido de Cauliaco. 35.
9. Guilielmus Varignana. 37.
10. Valeſcus de Taranta. 42.
11. Ioannes de Concoregio. 54.
12. Petrus Hiſpanus. 61.
13. Antonius de Gardis. 62.
14. Menghus Fauentinus. 65.
15. Blaſius Aſtarius. 73.
16. Ioannes Salicetus. 86.